N VIII

197



John Frederick Lewis

K Dugdale

De Civitate Dei

cum expositione

c. 1420

Incipit Expo-
ſitio fratris tho-
me de walleys ſup
libris btī Augui
de ciuitate dei

F

luminis impetus
letificat ciuitatē
dei ī ps. fons ſa-
pientie uerbū dei
reſidens ī excelſis
p dona ſua inde p
cedens ī quattuor capita
ſe diuiſit. ſ. in quattuor
flumina de quibꝫ ſcribit eccī 24º. i. Ego ſapiētia
effudi flumina. duꝫ mētibꝫ quattuor doctoꝝ eccē. qbꝫ ſpialr
i expone ſacre ſcripture ꝯtulit principatuꝫ copioſi-
ſſime. aquas ſalutaris ſapie īfudit. quas tamen
mirabili diſpoſitione ſic p ſpm ſuū diſtribuit
qd Anthō p quandaꝫ excellenciā ꝯſ. hiſtoricū bto
Io. ſcdm moraleꝫ ſeu tropologicū bto gregorio ſenſuꝫ
allegoricuꝫ bto Ambroſio ꝯ ſenſuꝫ uo anagogicuꝫ
bto Auguſtino ꝯmiſit ꝯ Inter quos ſenſus ana-
gogicus i. ſurſuꝫ ducens videlicet ad ſupna
prerogatiaꝫ obtinet dignitatis pp qd bto Augu-
ſtino ſpiale ꝯuenit illud eccī 4º. Impetus eſt
quaſi flumen ſapiā. Naꝫ quēadmoduꝫ Io. euan-
geliſta alios euangeliſtas ſic et btūs Auguſti-
nus doctores ceteros antecellit ¶ Quāuis
igitur pdicta quattuor flumiā ab altitudine mōtiuꝫ
eternoꝝ deſcēdant. cuꝫ impetu et ideo neceſſe
ſit de ipis verificari. Illud pſalmiſte. Eleua-
uerint flumina dne. eleuauerūt flumina
uocem ſuaꝫ ꝯ Flumꝰ tn̄ unū. cuiꝰ nomē eſt eu-
frates. qd īterptat frugifer i. doctrina btī Aug.
qui ab altiori pueniēs quo ad libros de ciuita-
te dei ab ipo ꝯſcriptos p ciuitateꝫ ſcāꝫ verlm
i. eccāꝫ militantē decurrēs uelut cuꝫ impetu
fortiori. Cuiꝰ impetꝰ ciuitatē dei letificat. nō
ſoluꝫ qa potū ſuauiſſimuꝫ ſibi pſtat. Sꝫ etiā
qr ꝯtra impugnatiōes hoſtiles ipm ptegit et
defenſat ꝯ propter hoc nō aduerſario huius
ciuitatis dici pōt illud eccī 4º. Noli reſiſtere
ꝯtra faciēꝫ potentis et ne coneris ꝯtra iter

fluuij. Cuꝫ ergo ſint huiꝰ fluminis aque ſuauiſ-
ſime et ſalubres ciues tn̄ multos huiꝰ ciuitis
ſanctiſſime hoc ꝯtriſtat. qꝛ acceſſus ad eas pci-
pue ī primus x. libris uidet multuꝫ difficile et
obſcurus. Naꝫ fluuius ipe quaſi puteus al-
tus eſt et ī quo hauriant pauci tn̄ ꝯ pp
qd Ego frater thomas ordinis pdicatoꝝ Anglicꝰ
natione cupiēs pfataꝫ difficultatē ſalteꝫ pro
parte auferre acceſſuꝫ facileꝫ de pdco flumine
haurire uolentibꝫ pparare. ꝯfiſus ī eius au-
xilio qui profunda fluuioꝝ ſcrutat et ab-
ſcondita pducit ī lucē. exponeꝫ quendā ſup
deceꝫ pmos libros de ciuitate dei ī quibꝫ eſt
maior obſcuritas. qꝫ ī ſequentibꝫ pp multi-
tudineꝫ hyſtoriaꝝ et fabulaꝝ. paucis nota-
ui ꝯpoſui loca planiora tranſiliās obſcuri-
tatibꝫ uo magis īſiſtens ꝯ ~~promittēs quedaꝫ~~
qui phet que ad ītelligentiaꝫ dcoꝝ libroꝝ ne-
ceſſaria uidebant. quoꝝ quedaꝫ ptinent ad
cauſaꝫ ipoꝝ effectiuaꝫ. quedaꝫ uo ad eoꝝ mām
et procedendi moduꝫ ſeu formā.

Circa uero cāꝫ effectiuaꝫ libroꝝ de ciui-
tate dei ſciēduꝫ ē qꝛ btūs Auguſtinus
ſic colligi pōt ex hijs que ipe met dicit
infra libro xviij. c. ultio libros de ciuitate
dei ſcripſit circa annū amiſſione ſpus ſcti
trecenteſimū nonageſimū qntuꝫ ¶ Cauſa
uo que mouit ipm ad ſcribenduꝫ fuit ut re-
primeret blaſphemias ꝯtra xpm īſurgētes
ppter hoc qꝛ tporibꝫ xpianoꝝ. urbs Romana
a gothis capta fuit. ppter alia mala que
taꝫ urbi. qꝫ alibi et extra urbeꝫ xpianis
p genteꝫ gothoꝝ ſt illata ¶ Ob hoc enim
multi ꝯtra xpm et nomē xpianuꝫ īſurrexerūt
et cultuꝫ falſoꝝ deoꝝ. cultui xpiano pfere-
bant. aſſerentes qꝛ duꝫ populus romanus
cultui multoꝝ deoꝝ fuerat deditus non
eſt paſſus talia qualia tporibꝫ xpianoruꝫ
a gothis ¶ Ut auteꝫ pmiſſa. et ea de quibꝫ
beatus Auguſtinus ī libro de ciuitate dei
facit mētioneꝫ ſepiꝰ pleniꝰ īntelligat. ponā
hyſtoriaꝫ pfate captionis urbis quā pſeqt
paulus in libro duodecimo hyſtorie romanoꝝ

hyſtoriaꝫ captionis
urbis a gothis

et orosi⁹ libro vij° de ormesta mundi ¶ Est aut
imprimis sciendu3 q3 sedm ysidor li° ix ethimo-
logiar gens gothor. gens est fortis et bellica
corpor mole ardua et armor gne terribil
gothia — et sedm eunde3 libro xiiij° gothia est pars
europe ppe datia3 cui⁹ poplus gothi appel-
lantur. qui sm pap gothe sut. et oli3 ge-
tuli appellabat ¶ Hij vero sm orosiu3 tpre
valēs Impator — valentis Imperatoris. qui fuit arianus de
sedib3 suis expulsi p hunnos venerut i Italia
i multitudine copiosa ut sibi acqreret no-
nas sedes ¶ Erant aut ipor duo reges
Radagas⁹ — quor unus fuit Scita gne et ifidelis Ra-
dagasius noie. hns sub se gothor ccª milia
qui ut moris erat hui⁹ gentis dijs suis de-
vouerat omu3 sanguine3 Romanor ¶ Eo
igit urbi iminete fuit omu3 paganor i urbe
concursus dicetiu3 hunc hoste3 potente3 esse
no solu3 copia virium. ver etia3 maxie pre-
sidio deor ¶ urbe3 vero ideirco distituta3
esse auxilio. et i brevi pitura. qr deos et
sacra deor pdidit ¶ in tantu3 vero augetur
querella q3 de dijs i urbe3 reducedis. et
eor sacris renovandis iter se tractat igi-
eximt i tota urbe blasphemie. et nome
xpi tanq lues aliqua illor tpor. lacessit
et tn sic misicorditer egit deus. ut pdictus
cu3 suo exercitu divino metu territus
i montes fesulanos coactus est ¶ ubi sm
eos qui minus referut. cu3 ducetis mili-
bus in montis iugo asprimo est conclusus
sic q3 absq3 effusione sanguinis xpiani
edentib3 bibentib3 ludetib3 xpianis ipsi ho-
stes laborantes esurie siti ac frigore sut
confecti. rege eor capto et i vincul retento
paulisper. et postmodu3 iterfecto. et conde3
finis hui⁹ regis gothor. s. Radagasi tal
fuit. ¶ Alter vero Rex gothor Alaricus
Alaricus Rex — noie xpianus fuit ac timore dni mitis
honori⁹ ipator — icedens qui ab honorio tuc Imperatore
admodu3 catholico sedes. quib3 cu3 suo ex-
excitu posset consistere expetijt. cui Imperator
galias concessit ¶ Qui du3 ad gallias

pergeret. et apud pullentia3 aliquantulu3 re-
sideret. Stilico comes. cupiens gothos age- — Stilico comes
di. pagano duci belli summa3 commisit. qui
sacro die pasce. gothis nil tale suspicatib3
sup eos irruit. magnaq3 pte3 eor pstra-
vit. Na3 primu3 pturbati ¶ et etia3 pter
religione3 cesserunt. Sed demu3 arma cor-
ripiut. victore3 prius exercitu3 stiliconis
psternut ¶ Nec mora iter iceptu3 desertes
Roma contendut. et cuncta p que transeut
igne. ferroq3 vastantes. urbe3 capiut et i-
cendut ¶ prius tn urbs icenderet preep-
tu3 erat regi. ut si qui i scã loca pcipue
scor petri et pauli ecclias confugisset se-
curi et iviolati esse sinent ¶ deinde in
quantu3 possent se a sanguine tepent
¶ Capta est itaq3 Roma anno ab u c. Lxiiij°
a condictioe sua i circa annu3 a nativita-
te dni cccc° xij° ¶ die vero tertia postq3
gothi urbe3 cepant. ab urbe discedunt
facto aliquali domor icendio. S3 non
tanto. quanto oli3 a romano Imperatore
Nerone fctm fuit ¶ Deinde vero p cam-
pania3 lucania3. brutia. strage3 vacates
in civitate. que regiu3 dicitur. pvene-
runt ubi cu3 i sicilia3 ascensis navib3
cupent transfretare. passi naufragiu3 — diviso
plurimos pdiderut ¶ Alaricus vero
rex eor. du3 quid acturus esset. delibera-
ret. morte subita defunctus est. q3 in
flumine noie basento. cui⁹ alveu gothi — basento flum[…]
derivaverat. captivor labore cu opib3
mltis sepeliut. et ne locus ille notus
esset. labore conpleto ~~labore conpleto~~. cap-
tivos extingunt ¶ Rege3 vero sibi consti-
tuut Athaulfu3 alarici confine. seu ppin- — Athaulfus […]
quu3. cu3 quo Romam revertuntur et q
i urbe residuu3 fuerat more locustar
eradut. Auferetes inde sorore Imperator
honorij. que fuit theodosij magni filia
noie placido. qua sibi Athaulphus in
foro Iullij matrimonio copulavit ad
magnu3 comodu3 rei publice. ut — Nota

postmodum patuit i eventu. Nam maxim animi
ingenio suo et sbtilibz blandimentis ad hoc istle
xit q pacem petiit a romanis. ymo et p deffen
denda romana re publica vires gothor ipende
Nam put ipsemet solebat refferre cum multa ex
pientia pbasset. Neq gothos ullomodo posse pa
rere legibz pp efrenatam barbarie. neq rem
publicam sine legibz esse posse elegisset. ut sal
tem gloriam sibi de restituendo i integrum ro
mano noie. et augendo gothor viribz que
reret. qnis prius ardenter ihyasset. ut de
leto nomie romanor. gothor esset impe
rium. sicq vocaret. qui postmodum i galias
pficiscens apud barchilione fraude suor
circumuentus. diem clausit extremum ¶ p
missa de regibz duobz gothor ac malis p
eos illatis. de hystorys pauli diaconi et oro
sij extraxi. de quibz malis facit Augusti⁹
i dictis libris suis scpi⁹ mentione ostendes
q mlto peiora passi sunt romani cu dedi
ti essent cultui mltor deor. et ideo non
debent eos pp dicta mala blasfemare
nomen xpi. nec pferre culturam deor re
ligioni xpiane ¶ Unde et totum opus Au
gustini de civitate dei ut patet p eundem
tertiodecimo libro retractationum in duas
divisio libri — partes dividit principales i quar pria
evertit civitatem dyaboli. errores varios
circa latriam. i. deitatis cultum destruendo
In scda pte firmat civitate dei ipam i vero
cultu dei et fide catholica istruedo. Et In
cipit pars secunda i xj° li°. In pma vo pte
i. in decem libris itendit Augusti⁹ p totu
subvertere errores gentilium plures deos col
entium ¶ Quantum vo ad materia et mo
dum procedendi i hys x libris sciendum est
q cum isti x libri ordinati sint ad destruc
tionem ydolatrie. et ɔfutandum errores gen
tilium. Circa culturam falsor deor Augusti⁹
i eis sic pcedit. Nam pmo ipbat errorem po
nentem q cultus illor deor ɔferret et pdest
Nota processum — vivis ¶ 2° ipbat errore ponentem q talis
cultus pdest mortuis ¶ Et circa ipbationem
primi erroris sic pcedit. quia pmo osten
dit q urbs romana mala que passa e
no patiut cultum dmus veri dei ascri
bere ¶ 2° ostendit q bona sua. s. qbz
aucta est. debebat dm deo vero atribuere
Et ɔtinet pma pars tres pmos libros
scda vero duos libros sequentes ¶ In
tribz vo libris sic pcedit. Nam i pmo lib°
ostendit q vastatio urbis p gothos. no
debet ascribi religioni xpiane. sic ifideles
putaverat ¶ 2° vero libro pbat q dij
falsi no curant de malis culpe. ut s illa
phiberet In tertio vo libro pbat q nec cu
rant de malis pene. ut ea depellant ¶ Pri
mus vero liber. ɔtinet triginta sex capla
quor pona principia. et tangam eor sntiam
breviter et sumatim ¶ Ubicumq vero aliqd
i caplo quocumq repperero q post merito
intellectum legentis obfuscare locu illum
designabo et apiam itentionem Augustini
quantum mihi videbit posse et debere le
genti sufficere. ad intelligentiam capiendam
et idem i libris sequentibz obsuabo. pmus
liber vero icipit hoc modo ¶ caplm pmum

Gloriosam civitatem dei etc. In isto
primo caplo tangit Augustinus
duas culpas romanor. quarum — culpe due romanor
pma fuit nimia ellatio et supbia.
gloriabant enim se sibi subegisse qi hoc p
pria virtute et no dei nutu et disposi
tione illud egissent ¶ Et pp istam cul
pam merito pmisit deus urbem a gothis
gente videlicet abiecta. ut pote que pro
prias sedes amiserat. n locum ad ihabi
tandum hebat vastari ¶ Scda culpa
fuit eor Ingratitudo nimia. que dicta
vastationem sequebat. Nam cum in dicta
vastatioe mltum peritum fuisset civibus
et etiam urbi pp reverentiam nois xpiani
Nihilominus mlti eor xpianis tporibz
isultabant ¶ Hec igit quo ad sententiam
totius capli breviter sit pstricta ¶ Alia
vero obscuriora hui⁹ capli sut que sequit

sine in hoc tpo cursu etc. hoc dicit Augu-
stinus. qa ciuitas dei het duas ptes. quarum
una vocat ecclia militans. et alia vocatur
ecclia triumphans. Carissime marcellu
suscepi etc. Isti marcellino scripsit Augu-
stinus istos libros de ciuitate dei. cuius
multe reperiut eple ad Augustinum et eius fo
Fuit autem marcellinus scdm orosium libro
vij dux tribunus inprimus prudens et indu-
strius omnium q bonorum studiorum appetentissimus
quem marinus comes vel zelosti militatus
vel auro corruptus apud cartagine inter-
fecit. parcere subiectis et debellare etc. Iste
versus est virgilij libro vj et loquitur de
excellentia romanorum in armis et rebus
bellicis ac ipsorum modestia in regendo subiectos
versus aut iste virgilij. cum alijs versibus
eiusdem hunc versum precedentibz ponit ab bto
Augustino infra libro v capitulo xij ubi ex-
ponetur et ideo hic transeo. Hinc usque
seuiebat etc. i. usque ad loca martirum
et basilicas aplorum in quibz saluabat fugi-
entes. ut supra in historia captionis urbis
patuit. Illo ducebat anusantibz etc. sensus
est q nulli hostium i. gothorum tante miseraciois
fuerunt erga eos quos in urbe reperieri
q deduxerunt eos ad loca martirum. et ba-
silica aplorum. ne forte si ab hijs qui mino-
ris miseracionis erant. inuenti fuissent
extra illa loca. fuissent trucidati. et tamen
quidem ex sic deductis et saluatis. insulta-
uerunt xpo. et suam saluationem ascripserunt
fato suo. Ad nomen multi eorum mendacit
etc. sensus est q multi pagani reperti
in urbe iam capta finxerunt se xpianos esse
saltem facto. quia ad predicta loca tamquam
xpiani confugerunt et sic saluati sunt et
tamen non minus postmodum detraxerunt
temporibz xpianis. Capitulum ij

Mot bella gesta quae conscripta etc. In
hoc capitulo secundo pbat quidem q di-
xerat in capitulo precedenti. videlicet
q liberatio et saluatio illorum qui ad
loca aplorum et martirum confugerunt. sit ascriben-
da xpo et temporibz xpianis etc. et hoc pbatur
dupliciter. Primo q historias veteres priorum
quia in nulla eorum inuenimus. ut patet per singulas
discurrendo q hostes capta aliqua ciuitate
pepercerent fugientibz ad templa deorum suorum. sic-
cus aut factum est. captione urbis de fugi-
entibz ad loca aplorum. et martirum. Secundo
pbat idem per virgilium cuius fuit apud
romanos auctoritas maxima q expresse dicit
q fugientes ad aras deorum. vel ad templa
ibidem fuerunt ab hominibz interfecti. Et ad
hoc pbandum perducit Augustinus duo
exempla. a virgilio sumpta. Primum exem-
plum est de priamo. qui tempore excidij tro-
yani regnabat. qui ad aram iouis fugiens
ibidem trucidatus est. unde quantum ad
istud exemplum btus Augustinus aludens
verbis virgilij. dicit sic. Hone vidit eneas
priamum per aras sanguine fedantem. quos
ipse sacrauerat ignes. Virgilius enim cuius
verbis alludit Augustinus libro xiij fine
yndos dicit sic vidi eccubam centumque nurus
priamumque per aras sanguine fedantem. quos
ipse sacrauerat ignes. Ista dicit virgilius
in persona Enee. narrantis ea que ipso presente
gesta sunt in captione troye. dicit enim eneas
se vidisse Eccubam s. uxorem priami et centum
nurus eius. s. priami i. centum uxores filiorum
suorum. creditur enim a multis q centum filios
habuit. Quod utrum sit verum non est certum
tamen legenti hystoriam de bello troyano. quam
scripsit dittis cretensis. qui in illo bello ex
parte grecorum cum suo Rege Idumeneo filio deu-
calionis. qui tunc in creta regnabat. mili-
tauit. apparebit esse verisimile q tot
filios habuit. eo q iuxta dictam hystoriam
in singulis pugnis seu congressionibz grecorum
et troyanorum. multi filij priami corruerunt
Dicit ergo Eneas iuxta virgilium q ipse
vidit post troyam captam uxorem priami noie
eccubam. et centum nurus priami. vidit etiam
ipsum priamum sanguine proprio fedantem

p^m ex^m de p^amo

dittis cretensis

de ydumeneo rege cretensium

p(ri)m(o)

per aras ignes quos ipse sacrauerat .i. quibus in sacrificiis usus fuerat ¶ Ad cuius intellectum sciendum est quod prefatus dictis cretensis refert in prefata hystoria quod post captam troyam filius Achil qui neoptolomus .i. pirrus nominatus est priamum fugientem ad aram iouis et utraque manu tenentem .i. utramque manum ad implorandum misericordiam extendentem sine ullo respectu honoris regii uel etatis senilis ibidem trucidauit ¶ Postmodum uero troyanis qui in captione urbis grecis occurrerant trucidatis deliberauerunt greci quid de hiis agendum esset qui ad templa iouis et aras confugerant ¶ Et decretum est a grecis concorditer quod taliter fugientes a templis auellerentur et necarentur ¶ Quantum uero ad secundum exemplum sumptum auxilio dicit Augustinus sic Nonne diomedes et ulixes cesis summe custodibus arcis corripuerunt sacram effigiem manibusque cruentis virgineas ausi diue contingere uittas ¶ Ista supta sunt a virgilio libro ii eneydos circa medium libri ubi immediate antecedens uersus dicit virgilius sic Titides et enim scelerumque inuentor ulixes fatale agressi sacrato auellere templo palladium cesis summe custodibus arcis etc. ut supra ab Augustino introducta sunt ¶ Dyomedem appellat virgilius tytidem quasi tyteidem .i. filius tydei ¶ Est enim tydeides nomen patronomicum ulixem autem dicit scelerum inuentorem quia in rei ueritate fuit homo praui ingenii et pronus ad scelera ¶ Ad intelligentiam tamen premissorum uersuum habendam sciendum est quod palladium fuit quedam effigies .i. ymago siue statua dee palladis que et minerua appellata est de quo palladio narrat Ouidius libro quinto de fastis quod tempore Iullii regis troyanorum qui fuit quartus a dardano a quo troyani dicuntur dardanides palladium predictum cecidit de celo in summam arce troye Consulitur super hoc appollo qui respondit quod quamdiu troya haberet palladium tamdiu eius imperium quicumque uero transferret

transferret et imperium ¶ Troyani ergo cum summa dilligentia seruabant palladium in arce usque ad tempora priami regis qui aliquantulum negligentius idem seruabat ¶ Illud etiam sciendum est quod virgilius in ii libro Eneydos introducit eneam narrantem didoni regine cartaginis ea que gesta sunt circa captionem troye inter cetera in persona enee narrat quod greci quasi desperantes et tedio diutine obsidionis affecti simulauerunt redditum in patriam suam cum tamen in rei ueritate aliquantulum discedentes absconderunt se in quadam insula troye uicina ¶ Erat autem grecus quidam symon nomine qui promisit grecis quod faceret eis aperiri portas troyanas ¶ Hic igitur accedens ad troyanos sponte se obtulit capiendum ut cum rege priamo posset habere colloquium quo habito dicit regi se fugisse a grecis timore ulixis promittens coram populo quod indicaret sibi consilia grecorum quod inter cetera retulit ea que in premissis uersibus continentur scilicet quod dyomedes et ulixes quia fatum et diuinationem fuit ut audierat quod palladio translato transferret imperium intrauerunt urbem latenter et ascendentes usque ad arcem ubi fuit palladium interfectis custodibus arcis rapuerant effigiem palladis .i. statuam uel ymaginem eius audentes adhuc manibus cruentis tangere uittas virgineas diue .i. uittas dee palladis ¶ Sunt autem uitte quibus uincitur .i. alligatur capillatura ¶ Et utrum autem isti duo scilicet dyomedes et ulixes rapuerint palladium uel eneas fugiens illud cum aliis diis troyanis rapuerit Ouidius libro vi de fastis sub dubio asserens tamen pro certo quod suo tempore fuit rome in templo dee ueste cum quo concordat titus liuius libro vii^o de secundo bello punico ¶ Dictis uero cretensis narrat quod Anthenor troyanus proprie patrie proditor postquam cum grecis ordinauerat proditionem troie persuasit theane que fuit sacerdos templi minerue seu palladis ubi seruabatur palladium quod sibi illud traderet promittens sibi munera et magna dona si illud

facerat: quod et fecit · quo facto Anthenor tra-
didit illud grecis · Deinde post excidium ur-
bis ortum grande certamen sup palladio inter
aiacem et ulixem utroque ipsorum petente palladium
· et sua merita allegante · Fauerunt ulixi ·
Agamenon · et Menelaus frater Agame-
nonis maritus helene · eo quod cum ayax · hele-
nam originem tantorum malorum uellet interficere
· ulixes eam liberauit · et saluauit · Aiaci uero
fauebat exercitus · et residua multitudo propter
maxima beneficia ab ipso in acie percepta · tamen
palladium obtinuit ulixes · quod aiax grauiter
ultum feres patenter comminatus est se uelle
iniuriam uendicare · postmodum aiax cla-
de nocte ferro inuenitur interemptus · Orta
uero seditione in exercitu contra ulixem propter
mortem Aiacis · de qua suspectus apud ex-
ercitum habebatur · fugit ulixes per mare et
palladium dimisit penes dyomedem · Huic
concordat · Solinus libro iiº · capitulo primo dicens
quod eneas cum in ytaliam applicuisset · castra
sua posuit in agro laurentino · ubi dum
simulacrum · quod secum ex sicilia adduxerat
dedicaret · uenerari a dyomede palladium
suscepit · non tamen quod sequitur · uerum est ex illo fluere
· ac retro sublaxare ferri spes danaum etc.
Ad huius dicti intelligentiam sciendum est quod istud
uirgilii · scilicet quod ex illo fluere ac retro etc. · et imme-
diate sequitur post uirgilii uersus iam exposi-
tos: Nam Symon de quo dictum est continuando
narrationem suam coram priamo dicebat quod postquam
dyomedes · et ulixes ausi sunt tantum nephas · ut
· scilicet raperent modo dicto palladium · pallas sic ira-
ta grecis fuit · quod ab illo tempore troye · spes ·
danaum · idest grecorum cepit retro ferri et labi
· fluebat omnino spes eorum · et euanuit spes uictorie
Certus uero Augustinus dicit · quod quidquid sit de ue-
ritate contra in precedentibus uersibus uirgilii constat
tamen et certum est uersus istos continere falsum
· quia postquam habuerunt greci palladium · ipsi cepe-
runt troyam · et uastauerunt eorum regem · scilicet pri-
amo interfecto · nec ideo troya periit · quia mi-
neruam perdidit · idest quia perdidit palladium idest simulacrum

palladis Capitulum iii

Ecce qualibus dys seu minerue urbem etc. ·
in hoc capitulo tertio · ondit per ueteres aucto-
res · et scriptores romanos · quod dii quos
colluerunt non possunt suos cultores defen-
dere · et ideo si non deffendant non est dicendum quod
ideo non deffendunt · quia suis cultoribus offenduntur
sed hoc est · quia deffendere eos non possunt · ymo ·
magis indigent deffensione cultorum suorum · In
fine uero huius capituli redarguit Augustinus
Ingratitudinem illorum · qui licet non essent xpiani
tamen simulantes se esse xpianos saluati sunt · In
sup et salario publico etc. · Notandum
est hic quod olim apud romanos doctores rece-
perunt salarium suum de publico · idest de bonis co-
munitatis · et hoc usque ad presens · et in multis
Italie ciuitatibus obseruatur · Sepe apud uir-
gilium etc. · Sciendum est quod uirgilius · ideo plus
alys poetis · uel scriptoribus romanis ab beato Au-
gustino allegatur · quia eius apud romanos contra
quos disputauit · fuit maior auctoritas sicut
enim homerus apud grecos habebatur · maximus
poetarum · Ita et uirgilius apud latinos
· unde dicit de ipso ouidius · sic uirgilius ma-
gno quantum concessit homero tantum ergo uirgilio naso
poeta meo: Macrobius etiam sup sompnium
scipionis · dicit uirgilium esse omnium discipli-
narum peritissimum · Et octouianus Augu-
stus in eius laudes singularem carmen composuit
pulcherrimum · quod consueuit preponi libris
uirgilii secundum istud oratii · quo scemus
est etc. · Istud est oratii in epistola · epistola secunda
Gens inimica mihi tyrennum nauigat
equor · Illum in ytaliam portans uictosque pena-
tes · Isti uersus sunt uirgilii libro primo
Eneydos cito post principium · tyrrenum
mare seu equor uocat uirgilius mare
tuscum · de quo dicit solinus libro uiº · quod antiquitus
uocatur mare Ionium · uel tyrenum ab Ita-
licis uero inferum · Est autem mare quod atti-
git tusciam · et protenditur usque siciliam · Ilium
uero proprie ponitur pro ciuitate · que fuit in tro-
ya: Nam secundum ugutionem troya fuit quedam regio

de discordia aiacis et ulixis

de morte Aiacis

Solinus

ouidius in uirgilio

Macrobius de eodem

octauianus Augustus de uirgilio

tyrenum mare

Illum quid est

pm⁹

in frigia et illium fuit ciuitas principalis
illius regionis · tamen quandoque troya accipitur pro ipsa
ciuitate · que illium proprie uocabatur · In propo-
sito uero accipitur pro illiensibus · i · ciuibus illij ·
¶ fit autem mentio in dictis uersibus de nauigatio-
ne Enee · et aliorum sotiorum · post euersionem
ylij in italiam ¶ Et concordat ouidius libro
iiij° de fastis dicens / cum troya · Eneas ytalos
portaret in agros · ¶ Augustinus uero addu-
cit hic versus virgilij · ad probandum quod dij
troyanorum non potuerunt seipsos deffendere
nam virgilius dicit troyanorum penates fuisse
victos · dicens victosque penates · sunt autem pe-
nates dij priuati // Nam apud gentiles aliqui
fuerunt dij publici · qui · s · generaliter et communiter
a tota ciuitate uel regno colebantur ¶ Ali-
qui uero erant dij priuati · quos · s · quilibet sibi
instituit pro arbitrio uoluntatis · et coluit
in domo quasi in priuata capella ¶ Consue-
uerunt enim animas parentum et progenitorum uel ami-
corum · et eis in proprijs domibus uel sacellis · i · par-
uis edibus eis consecratis aut tectis · uel atrijs
sacrificare · et uocabantur tales dij penates

penates quid sit

Dij uero publici colebantur in templis ¶ Ad
pleniorem intelligentiam dictorum uersuum · scien-
dum quod poete finxerunt deam Iunonem cui
attribuunt dominium et regnum aeris offensam
fuisse hac de causa a troyanis ¶ Fingunt enim
uel forsan fuit Illusio quedam diabolica
quod Alexandro paridi · qui Elenam rapuit
filio · s · regis priami · cum dormiret in qua-
dam silua prope troyam · Yda nomine · apparuerunt
tres dee sedentes iuxta fontem · s · Iuno · pal-
las · et venus · dea uero discordie proiecit
in fontem pomum aureum · cui pomo inscriptum
fuit hoc modo · detur pulcriori ¶ hac occasione
mote tres dee ceperunt de pulcritudine
sua contendere · quelibet enim earum · s · in pulcritudine
alteri se preferebat · Elligunt sibi prefatum
Alexandrum in iudicem · ut pomum decerne-
ret pulcriori · qui decreuit illud veneri
propter quod venus fauit postmodum troya-
nis / Sed Iuno et pallas irate conabantur ·

in eorum exterminium ¶ hanc fabulam · seu illusio-
nem dyabolicam tangit beatus Augustinus infra
libro xviij capitulo x ¶ Premissos uersus · ergo
virgilius dicit in persona Iunonis irate contra
troyanos · et cupientis submergere Eneam et
sotios · mare tyrenum versus ytaliam naui-
gantes · Et ideo Iuno alloquens eolum deum
ventorum · cuius · s · potestate erat excitare
ventos et tempestates in mari iuxta errorem
gentilium conqueritur sibi de enea et socijs eius
et dicit sic gens inimica michi tyrenum etc.
uocans sibi inimicam gentem troyanam · scilicet Eneam
et sotios eius ¶ Et infra Augustinus · Sed
hoc Iuno dicebat velut irata etc. · Respon-
det yronice ad prefatum dictum Iunonis · que · s ·
dicebat penates romanorum victos ¶ potest tamen
videri · quod non est dicto Iunonis standum · in pro-
posito · quia loquebatur sicut mulier troyanis
irata · Et ideo talia protulit contra penates eorum
ut · s · diceret eos uictos · mentita ex ira · quid
uero posset taliter ad precedentia respondere //
¶ ideo Augustinus probat quod penates troya-
norum fuerunt victi alio testimonio non sus-
pecto · scilicet testimonio Enee troyani · qui non
potuit esse suspectus ¶ Et si contra penates
troyanorum quippiam loqueretur propter duo · scilicet quia
troyanus erat et quia a virgilio sepissime uocatur
Eneas pius · s · propter pietatem quam ostendit tam
erga deos quos sedule coluit quam etiam erga
parentes · Nam et deos et patrem suum cum ar-
deret ciuitas de incendio extulit ¶ inducit
ergo Augustinus Eneam apud virgilium loquentem
hoc modo // quid Eneas ipse pius toties ap-
pellatus nonne ita narrat ¶ pantus ot-
riades arcis phebique sacerdos sacra manu ui-
ctosque deos paruumque nepotem etc. · Ista verba
· s · Quid Eneas ipse pius totiens appellatus
nonne ita narrat · sunt uerba Augustini · ea que
sequuntur · s · pantus otriades etc. · sunt uersus
virgilij libro ij° Eneydos quos recitat virgilius
quasi platos ab enea · que dicit deos victos
Igitur patet quod dij troyanorum in ciuitate a grecis
victi fuerunt · et per consequens nec se · nec suos

de panto filio ortrei

cultores deffendere potuerunt. ¶ Ad intelligentiam eius illorum verſuum ſciendum quod pantus de quo fit hic mentio fuit filius ortrei et ideo dicitur Otriades qui de genere otrei: Cum autem in arce troyana eſſet templum phebi i. appolinis iſte pantus fuit eius ſacerdos ibidem. qui cum videret ciuitatem iam captam et in incendio. volens ſaluare deos iam victos et paruulum quendam nepotem ſuum cum maximo curſu eos ſacra manu i. proprys manibus conſecratis deorum ſuorum aſportauit. ne periret incendio ¶. et iſta nonne deos ipſos et cetera ¶ hic oſtendit Auguſtinus quod dy troyani. quos poſtmodum habuerunt et colluerunt romani ſic magis indiguerunt cuſtodiri a troyanis. quia troyani ab ipſis dii ſ. erat troye. et poſtquam fuerunt tranſlati roma magis indiguerunt cuſtodiri a romanis. quam romani ab eis ¶ quod vero indiguerunt cuſtodiri a troyanis. dum troye fuerunt probat Auguſtinus per vnum verſum virgily. qui habetur libro y Eneydos ante viſus iam expoſitos. qui talis eſt. ſacra ſuoſque tibi commendat troya penates ¶ ſacra dicebant omnia que cultui deorum dedicata fuerunt / Eſt autem hic ſciendum quod ſicut recitat virgilius Cum eneas ignarus inſidiarum. quibus nocte troya capta eſt. cepiſſet dormire in nocte illius principio apparuit ei hector filius priami quem Achiles grecus prius interfecerat et dedit ei conſilium quod fugeret. vocans eum filium dee ſ. veneris ſeu natum ex dea. ſ. venere ¶ fingit enim apoetis. quod Eneas genitus fuit ex Anchiſe et venere. vnde hector conſuluit ſibi quod fugiens portaret ſecum deos et ſacra troyanorum. quia hoſtis. ſ. exercitus grecorum iam occupauerat ciuitatem ¶ virgilius ergo in perſona hectoris alloquentis eneam dicit ſic ¶ heu fuge nate dea teque hys. aut eripe flammis hoſtis habet muros. ruit alto culmine troya. Et poſtea duobus verſibus interpoſitis ſubiungit verſum ſupra poſitum. ſic ſacra ſuos que tibi commendat troya penates tibi i. Enee ¶ Eſt tamen aduertendum quod licet virgilius conetur excuſare

a proditione patrie. dicens eum fuiſſe ignarum inſidiarum ¶ tamen in rei veritate ſic narrant dares frigius. et dictis creteſis in hyſtoryis quas ſcripſit de bello troyano Eneas fuit conſcius proditionis vrbis troyane. Capitulum iiij

Ipſa vt dixi troia et cetera. In hoc capitulo quarto dicitur oſtendit Auguſtinus quod quantum ad immunitatem eccleſie xpianorum multum excellebat templa deorum. Nam eccleſie xpianorum tempore captionis vrbis romane a gothis deffenderunt ad ſe fugientes. et ipſorum bona illuc apportata. vt ſupra dictum in primo capitulo et in hyſtoria captionis vrbis. Sed templa deorum hoc non fecerunt. ſicut patuit in templo iunonis que dearum eſt maxima, et de alys templis troyanis. que nec bona troianorum. nec etiam perſonas eorum potuerunt deffendere a grecis. quominus troyanos a troyanis forſitan deffendiſſet ¶ Eccleſie vero romanorum deffenderunt. non ſolum romanos a romanis. ſed etiam a gothis ¶ Troia populi mater romanorum ¶ hic dicit quod ſecundum omnes genealogiam et originem romanorum. romani deſcenderunt a troyanis. qui cum enea venerunt in ytaliam. Et iſta quam et iunonis aſilo cuſtodes lecti et cetera. Aſilum eſt locus refugy gaudens immunitate vnde in propoſito Aſilum iunonis vocatur templum eius, quod licet gauderet immunitate quo ad troyanos inter ſe. tamen greci non permiſerunt confugientes ad ipſum immunitatem conſequi ¶ et hoc probat Auguſtinus per verſus ſequentes: Cuſtodes lecti phenix. et dirus vlixes. predam aſſeruabant. huc vndique troya gaza incenſis erepta adytis menſeque deorum. Crateresque auro ſolidi captiuaque veſtis congeritur. pueri et pauide longo ordine matres ſtant circum ¶. hy verſus ſunt virgily libro y°. Eneydos verſus. ſiue quorum ſententia eſt talis. videlicet quod poſtquam troya a grecis capta eſt addita i. templa ſpoliata ſunt. et poſtmodum incenſa ¶ Greci vero ſic ſpoliauerunt ea que ipſi eripuerunt omnes diuitias in eis repertas ita vt non parceret nec menſis nec crateribus ſeu vaſis templi. et omnia que rapuerant ſiue de templis. ſiue de alys locis. et perſonis mulierum

Aſiluz qd

ſm⁹

et puerorum quas captiuauerunt cum portauerunt
ad templum Junonis tanquam locum magis aptum pro tali-
bus ſeruandis. Duos uero poſuerunt cuſtodes
qui omnia ibi geſta ſeruarent ſcilicet phenicem et dirum ulixem — *de phenice et dirio ulixe*
qui erant cuſtodes lecti .i. ad electi. Unde quantum
ad cuſtodes iſtos dicit Virgilius loquens in perſona
Enee iſta narrantis: quos cuſtodes lecti .i. elec-
ti fenix et dirus ulixes predam aſſeruabant. quantum
uero ad locum ubi omnia ſeruabantur et ad quem
portabantur ſeruanda dicit ſic: huc .i. ad aſilum
Junonis undique .i. ex omni parte ciuitatis troya
gaza .i. troyana gaza .i. diuitie quecumque tro-
iana gaza fuit excepta adictis incenſis ſilicet
et menſe deorum: Crateresque auro ſolidi .i.
uaſa aurea antea templorum. captiuaque ue-
ſtis congeritur .i. totum iſtud congerebatur in templum
prefatum. pueri uero et matres pauide ſtabant
in circuitu. que ſic erant congeſta longo ordine.
Dicit uero quod ſtabant longo ordine ad deno-
tandum quod eorum fuit magna multitudo. ita
ut longum ordinem facerent. Eſt autem hic
aduertendum quod cum dicit troya gaza. ly troya
ya eſt ſillabarum trium. et ideo uerſus ille bene
finitur et completur. Nam troya eſt datilus pes
et eſt in propoſito adiectiuum. et ſignificat idem
quod troyana. Sciendum eſt etiam ſecundum hug.
diferentia eſt inter hic aditus. aditus aditum — *nota differentia inter hic aditus et hoc additum*
et hoc additum addita. Nam aditus in maſ-
culino idem eſt quod ingreſſus. additum uero
in neutro eſt locus ſecretus. iuxta altare
unde dabant reſponſa et dicitur ab edendo pro
contrarium. quia nulli licebat locum illum adire niſi
ſummo pontifici. qui reſponſa deorum immediate ſuſci-
piebat. unde ſignanter dicit virgilius quod greci
incenſis aditis exripuerunt bona templorum. ut
ex hoc magis appareat. quod templa habebant
contempni ex quo locis illis que in templis erant
ſacratiſſima ſcilicet ipſis aditis non parcebant. et poteſt
dici quod per ipſa adita intelligit virgilius ipſa templa
tanquam per partes digniores. Sciendum eſt
etiam quod crater crateris eſt idem quod cratera cra- — *crateres .i. uaſa*
tere uel calix duas habens anſas ſecundum yſodorum
tamen in propoſito per crateres intelliguntur quecumque

uaſa templorum. Et infra comparat nunc aſilum
illud non cuilibet dei gregali &c. Sciendum
eſt quod inter deos fuit apud romanos diſtinctio
talis quod erant dii ſelecti. aliqui qui ſeorſum electi — *de dijs ſelectis et gregalibus*
et precipui. quidam uero erant dii gregales
.i. ignobiles et plebis inferioris gradus. Juno
uero de cuius aſilo .i. templo iam facta eſt mentio
non fuit de numero deorum gregalium. ymo fuit
dea ſelecta. et inter deas uidebatur digniſſima.
Nam cum Jupiter eſſet omnium deorum rex et prin-
ceps ipſa fuit Jouis ſoror et coniux. unde
ouidius libro vi de faſtis loquens in perſona
Junonis dicit ſic: regina uocor. princepſque
dearum. De hys uero gregalibus poteſt poni
Exemplum in pico et fanno in quorum perſona
loquens Ouidius libro iii de faſtis dicit
ſic: Dicent fines numina noſtra ſuos dii
ſumus agreſtes et qui dominantur in altis mon-
tibus. arbitrium eſt in ſua tecta Joui: Vult
beatus Auguſtinus dicere quod illud templum quod
ſic contempnebatur a grecis non fuit aſilum alicuius
dei infimi ſtatus. Sed fuit templum Junonis
que eſt maxima inter deas. et hoc dicit Augu-
ſtinus ne quis reſponderet. quod ideo contempne-
bantur templa. quia non fuerint niſi templa
deorum gregalium. Capitulum v.

Quem morem et cato ſic ſcripſit &c. In
hoc capitulo quinto probat Auguſtinus quod
apud romanos templis deorum non par-
cebatur etiam a ciuibus romanis. et probat per
exemplum de cateline ciue romano. ipſe enim — *de catelina*
fanis .i. templis non pepercerat. ut patet per Sa-
luſtium excellentem hyſtoriographum romanorum — *Saluſtius*
Nam Saluſtius in libro quem de geſtis Cate-
line ſcripſit. qui uocatur Catilinarium
Introducit ceſarem loquentem in ſenatu de coniu-
ratis cum catilina. qui ceſar inter cetera
dixit ſic. Rapi uirgines. et cetera uſque
illud incluſiue. Cruore atque luctu omnia re-
pleri interque dicta habetur. ſic fana atque domos
ſpoliari. et propter iſtud dictum eſt ad pro-
poſitum Auguſtini. Eſt autem hic conſiderandum
dum. quod iſte Catelina cum eſſet romanus — *de catelina*

nobilis. Naz fuit pene patricius aspirabat
ad ƒsulatuz hens p pte sua multos giuratos.
¶ tractatuz uero est i senatu de istis giuratis
qd agendiz esset. Et sic dic hic Augustinus ¶ ce
sar cuz dicturus esset sua sntiaz. expressit
mala que fca sunt p Catelina et eos giu
ratos iter que mala. unu fuit. q fana erat
spoliata ¶ igit romani pprijs fanis no pe
percerunt. qn inter se hostiliter agebat ¶ Est
aut hic aduertendiz. q Salustius ponit sen
tetias triuz patruz de eis giuratis. bz Jul
lij silani ¶ Gaij cesaris ¶ et Marci cato
nis ¶ et i sntia Gaij cesaris ponit secdm
salustiuz illa dicta que hic allegat Augu
stinus ¶ et no sunt i sententia catois et tamē
libri coiter hent hic catone ubi deberent
hre cesare et cā ē ut credo uiciuz scriptoz
q cuz ppria noia ƒsueuerut scribi p unica
tantuz lraz. bz p pmaz lraz nomis. et eadem
ē lra hui nois cesar. et hui nois cato. ideo
forsan scriptores posteriores inuenientes no
men cesaris scriptuz solu p c. scripserut ibi
Cato. no cuz credo Augustini i nomine er
rasse. Capitulum vi

Quid ergo p multas getes ✓c. ¶ In hoc
caplo sexto pbat Augustinus q romani
no parcebat teplis aliaz ciuitatu qn
cas cepat ¶ et hoc pbat Augustinus dupliciter
pmo qr scriptores romani no scripserut de aliquo
duce romano. q teplis aliaz ciuitatu pep
cerit qntuncq conarēt scriptores duce de
quo scripserut extollere ¶ Secundo qr scrip
serut ƒtrariuz bz q duces romani no pepcerut
teplis. ut patuit de Marco marcello duce
romano et apud romanos laudabili. q ƒce
sit militibz suis spoliare tepla. ut ifra dicet
et qr posset obici ƒtra illud qd dcm de duci
bz romanis ¶ posset eciz dici q fabius maxi
mus dux romanoz pcipuus. et maximus
dijs pepcit. respondet Augustinus. q hoc fecit
no i deoz reuerentia. Sz i eoz irrisione
ut ifra dicet ¶ parcē sbiectis ✓c. hoc
dictuz ē uirgilij libro vi°. Eneydos. et q

acceptā iniuria ignoscē qz psequi malebat. Ista
sunt uerba Salustij i Catelinario et Infra
¶ Egregius romani magni nois marcus
marcellus ✓c. Iste marcus factus cosul
romanoz qnto anno secdi belli punici cu
decreta sibi esset a senatu sicilia. ad regen
duz et sbiugandiz rebelles. ac eo tpre ciui
tas siracusana fauens Anibali duci pe
noz. romanis rebellasset. marcus mar
cellus cepit eā machinis oppugnare. Sz
Archimenides philosophus siracusanus
oēs ei conatus suo Ingenio frustrauit
¶ fuit eciz hic Archimenides no soluz magnus
astrologus. Sz etiā geometer pfectissimus
et machinaz bellicaz excogitator mira
bil ¶ ppter quod marcellus omissa ex
pugnatioē. cuz machinis ƒtinuauit ob
sidionez. et tandez iij anno secdi belli
punici. cepit siracusaz Ciuitatē oppu
lentissimaz ptiz uiribz ptiz pditioē ac
ptiz p negligentia ciuiuz ¶ Marcellus
igitur pma luce ciuitatē igressus. stetit
i loco. unde uidē possent totaz ciuitatē
et ƒpatiēs future desolatiois ciuitatis
lacrimas fudit ¶ Ad petitionē uo ciui
uz misericordiaz petētiuz. pcepit. ne quis
corpus mulieris libere uiolaret. ƒcedēs
ut oīa alia pde essent ¶ licētia etiā sacra
oīa. uulgo spoliandi ab ipo ƒsule facta
est. pmissa refert titus liuius de secudo
bello punico libro iiij° ¶ de lacrimis quas
Marcellus fudit sup desolatioē ciuitatis
futura. Narrat idez ualerius libro qnto
caplo p°. addēs sic i fine. Siracusana ciui
tas. si tibi i columen stare. fas no erat
leniter. sub tata masueto uictore cecidi
sti. ¶ de isto aut Marcello narrat ualerius
libro viij°. caplo vij°. q capta ciuitate p
cepit. q capiti Archimenidis parceretur
no obstāte. q p Archimenidez fuisset diu
eius uictoria ipedita. Sz hoc pceptuz effec
tu caruit. Naz cuz miles quedaz spoliādi
gra domuz Archimenidis itrasset iuenit

de marco marcello duce romano

de Archimenide

captio siracusane ciuitatis

titus liuius

ualerius

primus

eius figuras i puluē describeret. Miles uero stri-
ctum tenens gladium et memor precepti dati sciret
tamen nomen eius q nimis intentus describendi figu-
rarum i puluē nomen suum nō indicauit. Sed hoc
solum militi respondit rogo te ne figuras istas
disturbes. Unde mox obtruncatus a milite san-
guine proprio limamenta figurarum fudit. Iste
fuit Archimenidis q primus quadraturam cir-
culi repperit de qua dicit Aristoteles i libro
predicamentorum q quamuis esset scibilis tamen ad-
huc suo tempore nō fuit scita. Patet uero ex
hiis dictis q marcellus licet uideret fuisse dux
pius tamen nō prohibuit. Sed concessit spoliationem
templorum. Et ista fabius tarentine urbis euersor
de isto fabio qui apud romanos maximus
dux habitus ē. pp qd et fabius maximus
appellatus est. Refert titus liuius de se-
cundo bello punico libro vii q factus cō-
sul tarentum ciuitatem fauentem Anibali im-
peratori penorum terra et mari oppugnauit
et tandem proditione ciuitatem prefati Anibal ce-
pit. Postquam uero ciuitatem uastauerat
ciuitatem scribe interrogati qd de simulacris
deorum faciendum esset. respondit eo modo
quo hic recitat beatus Augustinus capitulum vii

Quidquid erto uastationis etc. In
hoc capitulo vii concludit beatus Augu-
stinus conclusionem principalem intentam
a principio libri usque ad librum istum et
patet omnia que sunt i hoc capitulo cap viii

Dicet aliquis cur ergo etc. In hoc
capitulo viii soluit Augustinus quan-
dam questionem incidentem que talis ē
Sed quare deus i presenti malis hominibus parcit
concedendo eis bona temporalia et bonos affligit
bona ab eis temporalia subtrahendo et soluit
questionem istam i hoc capitulo generaliter quo ad
bonos et malos. i sequenti uero capitulo sol-
uit eam spiritualiter quo ad bonos et facit in
hoc capitulo. quia primo reddit causas quare com-
muniter deus mittit iustos i uita presenti magis
affligi bonis temporalibus quam malos et huius-
modi reddit quinque causas quarum prima incipit

ibi. cur putamus nisi quia etc. Secunda ibi
sed quia misericordia etc. tertia ibi. ista uero
temporalia etc. Quarta ibi ostendit tamen
deus etc. Quinta ibi similiter i rebus etc.
deinde ibi. hec cum ideo ita sint etc. ostendit
Augustinus q omnino aliter se habent boni i aduer-
sis quam mali. et post hec esse sexta causa potius
dicitur ut s. ideo deus permittit affligi nō so-
lum malos. Sed etiam bonos. ut ex modo diuer-
so se habendi i aduersis appareat diuersitas
inter bonos et malos. capitulum viiii

Quid igitur in illa rerum et cetera In hoc
ix capitulo soluit questionem motam i prece-
denti capitulo spiritualiter quo ad bonos et
loquitur de malis aduersis que boni spiritualiter
patiebantur i uastatione urbis a gothis. De quibus
aduersis i hoc capitulo loquitur distincte et red-
dit duplicem causam quare s. aduersa cum malis
patiebantur boni. Secunda causa incipit ibi de-
inde habent aliam etc. et patet totum cap x

Amiserunt omnia que habebant etc. x
In hoc capitulo x incipit Augustinus
agere distincte de aduersis quas boni
passi sunt tempore illius uastationis. distinguit
enim Augustinus illa aduersa et ea prosequitur
i particulari. Sequitur uero i hoc capitulo duo
mala bonis illata. primum fuit spoliatio bo-
norum temporalium et huiusmodi reddit triplicem
rationem quare s. hoc deus permisit. quarum se-
cunda tangit ibi. illas autem infirmiores etc.
tertia tangit ibi. hoc q de suis diuitiis etc.
ubi Augustinus facit mentionem de paulino
nolensi episcopo q sibi nihil reliquerat aufe-
rendum. ponens eum i exemplum solum et nō
intendens dicere q ipse a gothis passus sit
nam de isto paulino scribit paulus dia-
conus i hystoria romanorum libro xiiii q
post captionem urbis a gothis. de qua s supra sepe
tactum est. expletis lxiiii annis. iterum cap-
ta ē urbs a Geyserico rege uuandalorum.
Relicta uero postmodum urbe uuandali
et mauri per campaniam se effundentes ta-
dem nolam ciuitatem ditissimam prosternunt

[Margin notes:]
de morte Archimenidis
de fabio duce romanorum
nota questionem q boni et mali communiter puniuntur
de paulino episcopo nolensi
captio secunda urbis

Inter has uero procellas vir pyssimus paulinus
nolane urbis eps postquam quidquid habuerat
vel habere poterat in redemptionem captiuorum
expenderat ¶ tandem ad preces cuiusdam vidue
cuius filius captiuus in africa tenebatur illuc
cum ea se transtulit et pro filio eius cuidam viro
barbaro in seruitium se tradidit de isto sancto pa
ulino tractat beatus Gregorius libro iiii° dya
logorum narrans magis diffuse ea que de
ipso scribit paulus ¶ Deinde infra ibi s.
at eum quedam boni etc. prosequitur Augustinus
secundum malum illatum xpianis per torsionem
Nam aliqui torquebant ut proderent bona sua
et patet totum quod dicit Augustinus capitulum xi

Multos inquiunt etiam xpianos etc. In
hoc capitulo xi prosequitur Augustinus tertium
malum xpianis illatum scilicet famem qua
multi passi sunt et reddit causam et patet capitulum xii

Et enim in tanta strage etc. In hoc capitulo
xii prosequitur Augustinus quartum malum
xpianis illatum per carentiam sepulture
ostendens quod talis carentia non est per se malum illius
qui iam est mortuus et in sepulturis abicitur. Verum
est tamen quod per accidens nocet quandoque puta quia per se
pulture subtractionem subtrahuntur suffragia que
fiunt pro sepultis specialiter in determinato loco. et etiam
subtrahitur occasio orandi pro insepultis que datur
orandi pro sepultis in certo loco: dum scilicet ex loco
sepulture reducitur quandoque quis in memoriam ibi
sepulti ¶ Tamen gentiles quedam putabant
quod carentia sepulture per se et directe obstet
mortuis ut patet per virgilium libro vi° Eneydos
qui dicit quod anime insepultorum donec sepeliantur errant
centum annis circa fluuium infernalem qui appel
latur cochitus et circa stigias paludes nec
possunt infra centum annos transire ad sedes
optatas ¶ Verum tamen sepulture curam etiam
eorum philosophi contempserunt etc. ¶ Exemplum
ad istud habetur in Seneca qui libro de reme
dijs fortuitorum multipliciter ostendit quod ca
rentia sepulture est parui pendenda ¶ Virgi
lius etiam non obstantibus hijs que finxit de inse
pultorum pena et impedimento libro vi° tamen librorum
Eneydos dicit sic facilis iactura sepulcri ¶ Vale
rius etiam libro vi° narrat de Thodoro qui regi
lisimacho precipienti ut cruci affigeretur
respondit terribilis sit hec crux purpuratis
tuis mea uero nihil interest humi an sub
lime putrescam et infra celo tegitur qui non
habet urnam. Istud est dictum lucani libro vi°
Est autem urna proprie secundum huguzonem et
papiam vas quod defunctorum cinderibus seruire sole
bat ¶ Consueuerunt enim antiquitus romani
mortuorum corpora cremare et postmodum col
lectos cineres corporis cremati in vase conseruare
quod vas urnam vocabant ¶ Hic uero accipitur
urna generaliter pro sepulcro capitulum xiii

Nec ideo tamen contempnenda etc. In hoc capitulo
xiii excludit Augustinus errorem
qui potest oriri ex dictis in precedenti capitulo
quia enim dicit quod sepulture carentia non obest
defuncto posset aliquis credere quod corpora mortuorum
essent abicienda quod hic reprobat Augustinus capitulum xiiii°

Sed multi inquiunt etc. In hoc capitulo xiiii°
prosequitur Augustinus quintum malum xpianis
illatum tempore vastationis urbis scilicet capti
uationem ¶ Nam aliqui captiui forsan ab
ducti sunt quos Augustinus consolatur per exem
plum de Jona propheta qui licet esset mersus in uentre
piscis tamen non fuit adeo destitutus ¶ Sic nec
captiui fideles quocumque ducantur in captiuitatem
¶ Hoc quoque illi cum quibus agimus etc. illos cum
quibus agit uocat Augustinus gentiles seu
paganos qui forsan non crederent quod Jonas fuit
saluatus adiutorio piscis. Sed tamen hoc non
debet eis esse incredibile quia simile inuenitur scri
ptum in libris eorum de arione cytharista cuius
fortuna mirabilis que hic tangitur ab Au
gustino contingit secundum helinandum temporibus Josie
regis iuda quam describit Ouidius pulcre
et diffuse libro ii de fastis ¶ Aggelius
quoque libro xvi noctium acticarum capitulo xx
narrat quod cum arion esset periandri regis
corinthiorum familiarissimus et de sicilia in
patriam rediret onustus grandi pecunia
Corinthios nautas sibi tamquam notiores elegit

Hij uero pecunie cupidi cum in altum mare ue-
nisset ceperunt consilium ut Arionem interficerent. qui perce-
pto. ppiens omnia sua eis obtulit. ut sibi uitam concederent
ipsi uero sibi econtra preceperunt ut se in mare statim
precipitaret. uix autem hoc potuit ab eis impetrare
ut prius quam in mare se precipitaret. liceret sibi
uestimenta sua induere. et canere carmen conso-
labile sui casus in cithara. Quod cum
fecisset quanto altius potuit in mare se precipitauit
Et mox quasi inter undas delphinus affuit et eum
super dorsum suum elleuato super undas suscep-
tum ad terram portauit. Arion uero in
Corinthum ueniens tale se per ladro exhi-
buit quale delphinus portauerat. de quo
pulcre dicit Ouidius sic ille sedet. citha-
ramque tenet. preciumque uehendi cantat. et equoreas
carmine mulcet aquas. De delphino autem
illo fingunt poete ut patet in ouidio quod
propter istud opus pietatis. Jupiter eum tran-
stulit in celis. ubi lucet cum stellis nouem
Est enim in rei ueritate una constelatio in cello
ex nouem stellis constans. que uocatur delphinus
Licet uero istud de translatione delphini
in celo sit fictio poetica. non propter hoc cre-
dendum est quid quod narratur de Arione
portato a delphino sit fictitium. quia sepe
contingit quod delphini homines susceperunt in
mari ad portandum. ut patet per solinum
qui de pluribus hoc refert. Valerius etiam
libro ix. dicit quod delphini non horrent hominem
ut alienum sed nauibus ponti occurrunt etiam
ludendo applaudunt. Ysidorus in libro xij
Ethymologiarum dicit quod natura delphinorum
qui uocantur simones est quod ad melodiam
congregatim ueniunt. capitulum xv

Habent ista de captiuitate etc. In hoc
caplo quintodecimo consolatur Augustinus
captiuos romanos qui scilicet a gothis
captiuati fuerunt et exortatur eos ad
patientiam per exemplum cuiusdam ducis roma-
norum nobilissimi et maximi scilicet marci
attilij reguli olim consulis romanorum qui non
solum captiuationem suam patienter sustinuit

quantumuis gentilis esset. ymo et cum potuisset lib-
erari si contra iuramentum proprium uenire uo-
luisset. preelegit seruare iuramentum. quam a mor-
te et captiuitate liberari. De isto mar-
cho attilio facit Augustinus mentionem infra
in libro isto capitulo xxiiij⁰. et libro iij. capitulo xviij
et libro quinto caplo xviij. unde ad intelli-
gentiam eorum que de ipso tangit Augustinus. sci-
endum est quod ea que hic narrantur contigerunt
in primo bello punico. Fuerunt autem tria bella
punica. i. bella romanorum contra penos. qui
qui nō prius ostenderūt belluz · quod intul
lerūt / Et primo arcez Capitolij capiunt
· tali arti pērat quidaz noīe Spurius tar
peius · huius filia p̄ qua haurienda arcez
exierat · cui titus tacius princeps sabinoꝝ occur (titus tacius)
rens cuz suis pmittit sibi dona · si ipos ī
arcez introducat · qui tn̄ duce arcez ingressi
ipaz mox interficiūt · occupata igit̄ arce po (de morte hostij hostilij ducis romanoꝝ)
stera die · cuz romanis ꝯgrediūt̄ hostiuz · ho
stiliuz ducez exercitus romanoꝝ occidunt
et exercituz usq̄ ad ueteraz porta pallatij
fugant ¶ Romulus et alij romani fu
gientes · Iouez orant · ut terrorez auferat
et fugaz sistat ¶ Templuz q̄ Ioui Romu (Iupiter quare dicat̄ stator)
lus deuouit · quez postmoduz Iouez statorez
appellauit · quia stare fecit Romanos
ī pugna ꝯtra sabinos ¶ Resistere tantuz
mox romani · et Romulus cuz ferocissimis
suoꝝ impetu ī hostes factes fudit sabinos
Et reintegrato bello · ex utraq̄ pte · Cepit
pars romanoꝝ superior esse ¶ Tunc
Sabine mulieres que rapte fuerāt · cri
nibz sparsis et ueste abscisa iter acies
ipas · et tella uolantias · medias · se posuit
ex una pte rogantes ptes · ex alia uiros · ne
sanguine nefando soceri et generi se res
pergerēt / Sicq̄ monet aīos utroꝝq̄ · quod
facto silentio · duces · ad fedus faciendūz p
deunt / nec soluz pacez · Sz etiaz unā ciuita (de federe romanoꝝ cum sabinis)
tez · ex duabz faciunt · regnū ꝯsotiant · et
impiuz omne romani ꝯferūt ¶ Romani
uero econuerso ut aliquid sabinis darent
seipos quirites acuribz appellauerunt
¶ fuerūt autez sabini cures uocati · hoc ex
tito liuio diffusius posui · quia de hiis tac
tis facit beatus Augustinus · et ī hoc
caplo · et ī alijs sepius mētionez locis
¶ Istud etiā belluz · et pacez describit · histo
rice ouidius libro tertio de fastis ¶ Et :.

de pompeio magno

Insfra pp̄ter bniz Cesarez ic̄. hic Interponit
belluz consimile · bz · inter Iulliuz cesare · et pompe
iuz · quoz Cesar fuit socer · et pompeius fuit
gener · qui mortua filia Cesaris · s̄ · Iulia quā
desponsauerat pompeius huerunt iter se
bella fortissima · Uocatus est autez iste
pompeius / magnus pompeius pp̄ magtudiez
sui ualoris · Egerat eīz belluz ī oriente
· cuz xxii regibz quos oēs dicit · et Roma
nis subiecit · de cuius strenuitate facit
hic beatus Augustꝰ Insfra libro xviiiº caplo
xl̄v mētionez / Et de malis que fecit etiaz
ī Ierusalez · et populo Iudeoꝝ · Sed et Iu
lius Cesar strenuissimus sup̄ oēs mortales
sui tp̄is erat · decretuz autez fuerat sibi
belluz a senatu ꝯtra gallos quo expleto cuz
oēs gallias subiugasset · et Romā uictor
reuerteretꝰ · anteq̄ urbi appinquaret · petiit
sibi alteruz ꝯsulatuz ic̄ · Fuerat eīz
semel ꝯsul / Sed petiit scd̄o ꝯsul fieri mi
ens ī petendo · q̄ hoc oportebat oīo sibi ꝯcedi
/ Sed ꝯtradictuz a marcello tūc ꝯsule · et a po
peio · et a catone · preceptumq̄ est sibi
ut dimissis exercitibz quos hebat ad ur
bez rediret · et pompeio ex aucte ꝯsulis
ꝯmisse sūt legiones quedaz tanq̄ futuro
duci belli · ꝯtra Iulliuz si arma mouere
uellet · Iullius autez p̄ diuersa loca dis
currens etiaz usq̄ ad hyspaniaz collegit
exercituz mltuz fortez ualde · Consules
autez et totus senatus · ac uniuersa nobi
litas fugit ī Grecia · et apud epiruz se
colligentes · statuerūt ibi belluz Iullio In
ferre · si ī grecia adueniret · Quo ueniēs
Cesar et ꝯgrediēs uictus a popeio et fugatꝰ
euasit · tamen q2 pompeius nocte Interue
niente īsequi noluit · Tunc dicit
Cesar nō pompeiū scire uincē · et illa die
tantuz se potuisse supari · postmoduz
ī Thesalia dimicauerūt · nec unq̄ adhuc
romane copie ī unū aut maiores aut
melioribz ducibz ꝯuenerūt · totuz orbez ter
raꝝ facile subacte · Tandez post
longaz pugnaz sortis dubie fugit uniuer
sus pompei exercitus · et ipē etiā fugatus
Alexandriā Egypti petijt · sperās a Tho
lomeo rege Egypti auxiliuz huisse : Sz
ipē caput pompei abscissuz · et anuluz
eius · Cesari misit · postmodū Inter
fecti sūt filius et filia · at Nepos pompei
et secuta sūt bella mlta ī diuersis ptibz
· et strages hoīuz mlte cesare · eos · q̄ pom
peio fauerat psequente · quatuorq̄ anis
hoc belluz ciuile Indisinenter totū mon
duz tenuit · hec extracta sūt ab orosio
libro vjº · et Eutropio libro sexto · Ideo lu
canus q̄ de hijs bellis hystoriā ueram
metrice scripsit · ī principio sui belli sic
dicit · Bella p̄ Emathios ic̄ · Nam
Thesalia ubi maius belluz fuerat · scd̄m
papiaz ꝗdaz emath uocabaꝶ · et ideo campi
emathei uocātꝰ a lucano campi thesalie
· uel quia emath iterp̄tatꝰ sanguis · et ī
campis illis ubi pugnatū est · effusus
est sanguis mltus · ideo campos illos uo
cat emptheos · Bella autez illa dicit
fuisse plusq̄ ciuilia · quia Iullius et
pompeius · nō soluz fuerūt ciues · Sed
etiā affines et ideo plusq̄ ciues · Flo
rus uero ī epithomate · de hoc bello dic
· q̄ nō recte ciuile dicitꝰ · ac nec sotiale
sed nec externū · Sed potius comune
quodaz ex oībz · et plusq̄ belluz : Scd̄m
hoc ergo ubi dicūt illa bella plusq̄ ci
uilia · Dicit autē lucanus ius datū
tūc sceleri / q2 ius ciuilitatis · et affini
tatis · tūc uersuz ē in scelus · uel · quia
tūc sub colore iuris fiebāt scelera ·
Et Insfra uenerūt ergo Romam ic̄ ·
hoc reddit beatus Augustꝰ · ad hysto
riaz prius tactaz de raptu sabinaꝝ / Et
Insfra nō uenus · Sed Bellona ic̄ · uene
rez hic excludit ut supra · In hoc capº
fuit tactuz · uenus fauebat romanis p̄
curans eis p̄spera : Nuptie autē de quibz
hic fit mētio nō fuerūt p̄spere q2 fuerūt

de mort[e]
pompe[i]

thes[alia]
est c[...]

de Bellona dea

octaxio multorum bellorum. ideo dicit. quod Bellona
que dea est multorum bellorum. alio nomine dicitur
pallas. seu minerua. fecit has nuptias. et
forsan hoc dicit. quia Alexander paris dedit
inditium contra paladem. sic contra iunonem ut dictum
fuit supra libro primo capitulo tertio. propter quod et
ipsa fuit irata troyanis. sicut et iuno / Et
est sciendum. quod beatus Augustinus hic aludit
virgilio libro septimo Eneydos. ubi inducit
iunonem turbatam. de pace facta inter Regem
latinum. et Eneam. data Enee in uxorem la-
uina filia latini. unde inducit iunonem
comminantem lauine. quod nuptie iste forent
actio effusionis multi sanguinis et bellorum
et dicentem sic. sanguine troyano et rutulo
dotabere. i. dotaberis uirgo. et bellona
manet et pronuba in rei ueritate propter
nuptias illas. turnus rex rutilorum intulit
bellum tam regi latino quam etiam Enee quia
latinus primo sponderat lauinam turno post-
modum ueniente Enea. dedit eam Enee
in uxorem. ¶ In primo autem prelio ruti-
lorum contra latinum. et troyanos interfectus
est rex latinus. In secundo interfectus est
ab Enea Turnus / Tertium fuit plurimum
ex eadem causa. sumens originem in quo inter-
fectus est Eneas. propter que dicebat iuno
et bellona manet te pronuba. i. bellona
erit pronuba tua. i. mediatrix. et procura-
trix nuptiarum tuarum. est enim pronuba
idem quod paranimpha. s. illa. que nu-
bentem uiro coniungit ¶ Et infra autem
fortasis alecto. illa etc. hoc sciendum
est. quod finguntur furie dee infernales cri-
nite serpentibus propter uenena. que in hominum
mentibus causant. s. appetitum uindicte. opum
desiderium. et libidinose uoluntatis amo-
rem / Prima furia uocatur alecto / Secunda
et thesiphone. ¶ Tertia megera. est autem
alecto nomen indeclinabile. et interpre-
tatur faciens luctum. et aludit hic beatus
Augustinus dictis virgilii ut supra ¶ Fingit
enim virgilius. quod iuno irata fuit propter

nuba quod est

[Fu]rie dee infernales

vij Eneydos

supra tactam pacem. s. latini. cum Enea in tantum
quod comminata est se uelle excitare deos infernales
contra troyanos. et dicit. quod ad mandatum iuno-
nis alecto primo commouit uxorem latini amatam
nomine. contra Eneam. que suasit uiro. quod non da-
ret filiam suam Enee. Sed frustra nisa est.
¶ Postmodum uero aleto concitauit turnum / et
rutillos in iram contra latinum / et eneam / et
secuta sunt mala supra dicta / scilicet
effusio sanguinis et strages magna bellorum
et infra // Andromata felicius etc. Andr-
omata fuit filia priami regis troianorum
et soror hectoris / Pirrus autem filius
achilis ¶ Achiles uero interfecit hectorem
et pirrus priamum // ¶ Andromata
igitur post mortem patris captiuata est
cuius / tamen amore captus est pirrus
in tantum quod duxit eam in uxorem / et
post has nuptias nullum troianum occidit
/ quia uero Andromatha fuit captiua
beatus Augustinus amplexus eius dicit
similes ¶ Nam primus asumendo dicitur qui
enim in bellis seruabantur ad uitam seruti sunt
¶ Signanter autem facit hic mentionem
de nuptiis andromathe quia ipsa pro eo quod nu-
pta fuit pirro multum amice conquesta est
et nec dicens felicius contingisse sorori sue
polixene que immolata fuit ad tumulum
achilis a pirro quam sibi. que pirro nupta
fuit sicut dicit virgilius. libro tertio. Eney-
dos et hoc quia alteram amans pirrus
andromatham cuidam famulo tradidit
in uxorem ¶ dicit tamen hic Augustinus
eam felicius nupsisse captiuam pirro quam ro-
manos sabinis propter causam supradictam
Et quia non sunt bella orta ex hiis nuptiis
sicut ex illis ¶ Et infra si quidem obsidionem
etc. // Ea que hic narrat beatus Augustinus
contingunt quando titus tatius princeps sabinorum
dolo occupauit arcem capitolii / Et postmo-
dum pugnauit contra romanos ut supra in
isto capitulo narraui // ¶ Et infra deinde
titum tatium etc. / Iste titus ut supra

Alecto dea

de Androm[ata]

de tito sotio romuli in regno

diu receptus est a romulo in sotietatez regni
ita q romulus et titus regnauerunt simul
ad quod romulus necessitate quadam compul
sus est ut supra patuit cum tamen sicut
dicat Augustinus germanum proprium remum

De interfectione tacij

non posset pati ut secum regnaret ¶ Et
infra unde et ipso interfecto rex. de interfect
ione tacij narrat titus liuius libro primo
de urbis origine q postquam pax et sotietas
inter romulum et ipm facta est contigit q
laurentes seu lauinenses miserunt ad eu
nuntios quos propinqui repulerunt contra ius
gentium. Cum uero laurentes de hoc conque
rentur tatio ipse dissimulauit facere eis iusti
tiam ymo propinquos deffendit ¶ Unde postmo
dum cum ipse laurentium ascenderet ad sacrifi
tium solempne a laurentibz interfectus est cuius
interfectionem romulus ita non tulit male
sicut debuit. Nam mortem dimisit inulta
et cum laurentibz fedus habuit ne deinceps
ultio peteretur propter q uidetur q interfectio
illa placuit sibi ut sollus posset regnare.
¶ Dicit ergo beatus Augustinus q interfectus
est tatius ut romulus maior esset dominus
irridendo romanos qui romuluz tam funestu
et impium deum sibi fecerant, ut patet supra
libro. secundo ¶ capitulo xv°. qui ideo maior
uidebatur quia interfecto tatio solus regnauit.

C. xiiij.

QUid deinde post numam rex / in hoc
capitulo xiiij°. enumerat beatus
Augustinus malla que passi sunt ro
mani sub regibus et spetialiter sub tertio rege
romanorum / de materialibz uero que passi sunt
tempore nume qui fuit secundus rex / non facit
mentionem quia ipse solus reguz in pace uixit
et romani sub eo toto tempore eius quiete
uixerunt et facit in hoc capitulo duo quia
primo enumerat predicta malla / secundo
ibi dum tamen patiebantur rex ostendit
q dij romanorum quos multiplicauerant solum
propter bona temporalia querenda. et mala tempor
alia uitanda sunt contempnendi / et frustra
collebantur // ¶ In bellum albam prouoluti sunt
rex. historiaz quam tangit hic Augustinus

De alba ... ciuitas

ponit titus liuius libro de urbis origine
albam si quidem condidit ascanius filius
enee ubi regnauerunt reges latinorum qui
enee successerunt usque ad tempora romuli qui
a regibz illis descendit propter quod romulus
esset quasi pater rome. idest conditor eius
alba fuit mater rome / et propinquior quam troya
que etiam mater fuit propter quod fuerunt
iste due ciuitates amice donec succederet
nume in regno tullius hostilius qui pacem
fastidiens occasiones bellorum quesiuit contra p
rens ab alba // ¶ Albam igitur prouocati
ad bellandum multociens confluxerunt cum
romanis iam certantes de imperio cuius
istarum ciuitatuz esse deberet ¶ Tandem quando
adinuicem cuz utrique producti esset exercitus

De me... princip... ... anno...

ad pugnandum metius princeps albanorum
petito colloquio cum tulio / et obtento sic ait.
Cupido imperij duos cognatos uicinosque
populos ad arma stimulat. memor esto
cum iam signum pugne dabis. has duas acies
spectaculo fore ¶ Inuicamus aliquam uiam

generalog... enee

qua determinatur cuius populus imperare
debeat sine magna clade. placuit tullio.

De pugna ... trigemin... De oratio ... occisione so...

¶ Erant autez in duobz exercitibz trigemini
fratres idest tres fratres in uno / et tres in
alio / nec etate nec uiribz dispares / tres
uero oratij. tres alij curiacij appellati sunt
qui tamen ex parte romanorum et qui ex
parte albanorum non est certum / dicit titus
liuius. tamen maior pars scriptorum tenet
ut dicit q oratij fuerunt romani / et
idem tenet hic beatus Augustinus ¶ Asse
sum uero est ab utroque duce ut isti predicti
inter se pugnent uice duorum exercituuz
et ubi fuerit. ibi sit imperium ¶ Concurr
unt igitur in preliuz et primo interfecti
sunt duo oratij. tertio illeso / Curiaciorum
uero nullus interfectus est / sed omnes uu
lnerati et integer cogitans se non posse
tribus simul resistere quamuis grauiter
uulneratis fugam simulat / ut tres ipsi

se[...] temptantes ab invicem separet ¶ Ambobus
ab invicem remotis ad prelium revertit et
primo interficit sibi viciniorem postea
alium et tandem faciliter superat et occidit
tertium ¶ Ambobus sic mortuis ipse postmo-
dum ad suos revertit cum ingenti leticia
romanorum ¶ Et infra cum dampni in
utrisque cum luctus nisi Enee ¶ Hoc dicit quia
tam romani quam albani ab enea descenderunt
et etiam ab aschanio filio enee. Vocat autem
eos prolem veneris quia ut supra dictum
fuit libro isto capitulo tertio dicebant eneam
fuisse filium anchise et veneris ¶ Et quia
Anchyses processit ex Jove Nam fingitur
quod Jupiter de electra genuit dardanum

genealogia enee

¶ Dardanus vero eritonium ¶ qui troem qui
assaracum qui capim qui anchysem
ideo per consequens Eneas fuit Jovis eo
modo quo omnes posteri alii a filio dicuntur
nepotes ¶ Et infra ¶ hic tangit beatus
Augustinus scelus et malum quod dictum dicto
riam mox est secutum ¶ Nam sicut narrat
titus livius libro primo Cum victor oratius
de quo supra dictum est rediret ad suos
cum spoliis curiatiorum occurrit sibi soror sua
que unius curiatiorum sponsa fuerat sed
nondum uxor et videns sui sponsi statim
prorupit in fletum ¶ Quod egre ferens
frater eius statim occidit eam dicens ibi hic
cum immaturo amore ad sponsum oblita fratrum
tuorum mortuorum vivique oblita patrie immaturo
amorem eius vocans quia nondum fuerat in
uxorem ducta sed solum sponsa eius quem
planxit ¶ Et infra unde eum apud vir-
gilium etc ¶ Narrat virgilius libro x
Eneydos quod cum eneas pugnaret contra
mezentium qui fuit rex etruscorum et
esset in puncto occidendi eum liberatus est
per filium eius qui lausus cum pugnaret contra
Eneam interfectus est ab ipso quem tamen eneas
doluit considerans eius iuventutem ¶ Et
infra unde marcellus et cetera de isto marcelli
fletu dictum fuit supra libro primo capitulo

de oratio et occisione sororis

scoto. Et infra cum diceretur albe sicut troie
adulterium etc de adulterio illo scilicet paridis
dictum fuit supra libro isto capitulo tertio ¶ Et
infra tantum ne desides etc vult dicere quod
tullius hostilius pugnavit contra albanos nullo
iusta causa sed solum ut romanos qui toto
tempore nume predecessoris sui pacifice vixerat
et erant effecti quasi desides propter dissuetudinem
armorum exercitaret in rebus bellicis ¶ Et
accipit hic beatus Augustinus a virgilio libro
vi eneydos ubi dicit sic. Ocia qui rumpet
patrie resides qua movebit. Tullus in
arma viros et iam dissueta triumphis ag-
mina cui concordat titus livius libro primo
de urbis origine dicit enim loquens de
tullio sic segnescere igitur civitatem ratus
undique materiam excitandi belli querebat
¶ Et infra quod dicit salustius etc allegat
salustium in prologo catilinarii ¶ Et infra
pugnat etiam gladiatores etc gladiatores
dicebant qui in spectaculis pugnabant

gladiatores

adinvicem et consueverunt esse servi ut
patet per titum livium libro viii de secundo
bello punico ¶ Locus autem ubi fiebat
pugne huiusmodi arena vel arenarium
dicebatur quia vel erat locus arenosus per
naturam vel per artem ¶ Et infra nec

theatrum et amph[iteatrum]

amphiteatro etc theatrum vocabatur locus
spectaculis reputatus sicut et amphite-
atrum sed amphiteatrum erat figure circu-
laris secundum ysidorum unde et dicitur
ab amphi quod est circum et theatrum
teatrum erat figure semicircularis utrimque
muris claudebatur. Et nota quod differentia
erat inter circum theatrum et amphiteatrum
Nam in circo fiebant ludi circenses de
quibus etc libro primo capitulo tricesimo
secundo ¶ In theatro fiebant ludi scenici
de quibus supra libro secundo capitulo
quarto in amphiteatro vero fiebant ludi
gladiatorum qui inde se causa glorie aut
premii et etiam quandoque cum bestiis
pugnabant scilicet in aream que erat

iuxta amphiteatru͂ · unde et ipz amphite
atruz quandoq; arenariu͂ uocat͂ et
infra · deinde ad fructuz uictorie ꝛc͂ · ꝯtra
destructionez albe · narrat titus liuius
de origine urbis · libro primo q̄ postq̄
supati sunt albani qui totu͂ ius suu͂
in tribz curiatis posuerant ut iam dc͂tz
est ut pax inter romanos et albanos
facta esset post ea exercitu mecij domi
reuerso pax ista qua romanis ꝯcedebat
imperiu͂ displicuit uulgo albanensi
et corripuit dictatorez suu͂ metiu͂ quia
totam fortunaz publicaz tribz militibz
ꝯmisisset qui uolens populo suo place
et cernens suos non sufficere ad belladu͂
pallam et inaperto ꝯtra romanos ꝯcitat
populos alios scilicet fide nates et ueieios
in bellu͂ ꝯtra romanos et se et suos filios
pditione reseruat ¶ Nam cu͂ postmodum
tullus ꝯtra illos populos pugnaturus
ꝯfidit de exercitu albanorum et duceret
metiu͂ et albanos ꝯtra ipos metius cu͂
suis tullu͂ deserit et ppe in montes ꝯsc
endit ubi fortunaz bellantiu͂ posset int
ueri ut eo se ꝯferet quo fortuna cerneret
preualere · ¶ Quod tullus ꝯpariens cla
mauit in exercitu suo no͂ esse de recessu
albanorum in aliquo trepidandu͂ quia iussu
suo recesserant ut hostes atergo inuaderent
uicit autez tullus cuz romanis et post
uictoriaz ipius metij corpus fecit in
duas ptes distrahi ¶ De ciuitate etia͂ alba
norum quo ad muros et domos funditus
euersa et ciues albanos inde romam ad
eaz in habitandu͂ transiere · fuit autem
alba tertia ciuitas in qua troiani posue
rant successiue caput regni · prima
fuit troia · secunda lauiniuz · tertia fuit alba
et · quarta fuit roma · ¶ Et infra
ubi amulius expulso ꝛc͂ Iste Amulius
fuit frater numitoris · iunior · quez
tamen aregno exclusit · sicut supra lib°
isto · capitulo · quarto · ē dictuz fuit

habitatoribz albanorum

¶ Et aduertendum est quod beatus Aug
ustinus loquit͂ hic de dijs romanorum pro
uiae ¶ Et infra q̄ portas belli ꝛc͂ ·
de portis belli idest que bellu͂ cu͂ apte essent
designabant dc͂tz est supra libro isto cap
itulo x°.

Ipsorum aute͂ regu͂ ꝛc͂ ¶ Caplm͂ xv ·
In hoc caplo quītodecimo ostendit
beatus Augustinus quales exitus
hueru͂t reges romanorum et ostendit dis
currendo p singulos q̄ fere omnes mallos
hueriunt exitus incipiens aromulo qui
primus erat de cuius morte et deifica
tione dixi · libro · secundo · capitulo · quīto
decimo ¶ Contra senatu͂ intumescere ꝯ
ceperat causa indignationis populi ꝯtra
senatuz erat quia suspicabatur populus
q̄ senatus interfecisset romulu͂ ¶ Et infra
acciderat enim sollis deffectio scilicet eo tpre
quo romulus subtractus est eo quia ꝯfirm
abat oppinio populi crederens romulu͂ eodez
tpre fuisse in celum translatuz cuius
uanitatez ostendit beatus Augustinus per
ecclipsim que accidit tpre xpi ¶ Quod uero
ecclipsis sollis quando romulus subtractus
est accepit beatus Augustinus atullio de re
publica ubi inducit scipionez de illa eclipsi
disputantez · de eadez etiaz facit florus
in epithomate libro primo mentionem ·
¶ Et infra quid autez dicit · scilicet tulius
et dicit hic Augustinus duas oppiniones
pbabilles de morte romulli · una est
q̄ ipe fuerit interfectus a uiolentia tempe
statis de qua dixi supra · libro · secundo caplo
quintodecimo ¶ Alia est q̄ fuerit occulte
interfectus p senatu͂ ¶ Et infra de
tullio quidem hostio ꝛc͂ ¶ De huiusmodi
tullij qui fuit tertius rex romanorum
fulminatione narrat titus liuius li°
primo de origine urbis · q̄ in uale
scente pestilentia rome tandem ipe
morbuz longuz incurrit et tunc adeo
facti sunt illi spiritus feroces tullij ut q

nichil antea putauerat minus regiu
quia sicut animuz a re repente oibus
supstitionibz tam magnis q pius se dedit
ipz ergo traditur uolentez libros de sacris
a numa pdecessore suo scriptos cu ibi quedaz
occulta solempnia sacrifficia ioui facta
inuenisset et ipa no rite ioui faceret a
ioue irato cu domo sua fulmine percussuz
conflagrasse // Dicit autem ualerius li.
nono. cum sic fulminatuz quod nec sup
premo qui de funeris honore acuibus
decorari posset et celesti fama in eaz
conditionez reddactuz ut eosdem penates
et regina et regum et sepulcru habet
Et infra dicit etiaz aperte i inuectiuis
Quatuor sunt inuectiue tullij in catili
nario in quaru tertia post principium
sunt que hic Augustinus adducit et
Scripsit enim Augustinus libru unu
p modum dialogi ad hortensium qui sic
incipit magni ingeniu lucij etc in quo
no habetur id q Augustinus hic allegat
de tulio in ortensio nec multa alia que
allegat in diuersis locis de libro tertio et
ideo patet q tullius libruz aliu composuit
q Augustinus in ortensio uocat preter
dialoguz pdictuz et illuz aliu no uidi. Et
infra ceteri autez reges etc. Nota q
Nota regum romanorum
tantu septez reges fuerunt. silicet romulus
Numa pompillius. tullius hostillius
ancus marcius. priscus tarquinius
seruius tullius et tarquinius supbus
de quibz omnibz agit titus liuius. libro.
primo. de urbis origine // Et infra
De prisco tarquinio
priscus tarquinius etc. Iste tarquinius
fuit quintus res romanorum de quo
narrat titus liuius ubi supra q ipse
fuit aduena. qui romaz ueniens tantaz
gratiaz inuenit apud anchuz marciuz.
quartu regem romanorum quod factus
est tutor filiorum eius // Cum igitur mor
tuus fuisset anchus et ciues congregati
essent ut de futuro rege prouiderent.

Tarquinius filios anchi quorum tutor
erat uenatuz misit et eis sic absentibz
regnum petiuit et obtinuit qui licet
postmoduz in regno multa strenue egisset
tamen filij anchi propter iniuria sibi factaz
in adeptione regni et quia etiaz nulluz
eorum sibi successionez instituerat sed quen
dam seruuz tulliuz cui filiaz sua despon
sauerat. conspirant contra ipz et duos pastores
assuetos fragnetis agrestibz dimicare ad
hoc dellegerunt ut regez interficerent — V. feramos
qui ex condito inter se litigantes appelauerunt
ad regem // Et cu admissi introducti — de prodicione filiorum Anchi
fuissent coram rege et res in unu illorum
conquerente uehementer intenderet.
Alter eleuata securi regez in capite percusit
et occidit // Et infra seruius tullius — de seruio
etc. de seruio tullio qui fuit sextus rex roma
norum narrat titus liuius. libro. primo. de
urbis. origine q lucius tarquinius qui
postmoduz supbus appellatus est cu tullia
filiaz seruij duxisset in uxore stimulatus
malitia uxoris sue regni appetijt et contra
tulliu regez primo coraz patribz inuexit
Postmoduz in foro concionando ad populu
idem fecit // Et stipatus armatorum multi
tudine in regia se collocans iussit patres
citari ad regez tarquiniu p preconem
Tullius uero hoc audito mox accurrens
tarquiniu de hoc increpare cepit quem p
gradus statim deiectuz collisus grauiter
domu suaz peteret in uia permissos a tar
quinio occisus est sup cuius corpus tulia
filia sua festinans ut nouu regez salu
taret iniruz suu curruz suu traduci — de malicia tullie
fecit // Premissa etia fere omnia narrat
ouidius libro. vi. de fastis // Et infra
nec discessere addius etc. hoc dicit Augustinus
contra eos qui innitentes dicto uirgilij ut sup
patuit libro secundo. capitulo uigesimosecundo
dixerunt q dij adita sua idest templa et
aras relinquerunt propter malla culpa in
eorum cultoribz reperta cuius oppositu patet

in tarquinio cuius scelus magnum fuit. Et tamen non propter hoc dii relinquerunt templa sua. Immo sicut tangit beatus Augustinus et narrat titus liuius libro primo de urbis origine post perpetratum scelus tarquinius usurpans sibi regnum uolscos et Gabios populos scilicet uicinos domuit ¶ Deinde ad hedifficandum templum Iouis in monte tarpeio qui postmodum capitolinus dictus est ut supra libro isto capitulo duodecimo dixi se contulit ubi inestimabilles sumptus apposuit ¶ Et infra quod uero cum regno etc. hic excludit quandam falsam deffensionem deorum Nam posset dici ad iustifficandum eos quod licet dii non recessissent propter scelus tarquinii tamen fecerunt eum recedere et expelli de urbe hoc excludit beatus Augustinus dicens eum non fuisse expulsum de urbe propter peccatum proprium. sed propter peccatum fillii sui scilicet sexti tarquinii qui lucretiam oppressit ut supra libro primo capitulo decimonono dictum fuit ¶ Modum uero expulsionis narrat titus liuius libro primo. cum enim lucretia se ipsam interfecisset tulleret amici eius corpus suum romam. ut eo magis populum contra regem concitarent. ¶ Erat autem tunc tarquinius extra romam cum exercitu in obsidione ardee Igitur cum reddire uellet clauserunt sibi portas et duos consules qui preessent rei publice creauerunt. Tarquinius uero sic exclusus cum postmodum diu romanos spe recuperandi regni inquietasset tandem desperans intentum assequi exul apud tusculum consenuit ibidem finiens dies suos de quo narrat tullius libro de amicitia cum cum exularet dixisse tunc primum se intellexisse quos fidos habuisset amicos et quos infidos cum neutris gratiam referret ¶ Fuit autem ipse ultimus rex romanorum qui secundum eutropium libro primo quindecim annis regnauit ¶ Regnatum est autem a septem regibus. rome annis ducentis quadraginta tribus ut dicit hic Augustinus et idem dicit eutropius

De lucretia

pmo regu romanoz

¶ Titus uero liuius dicit quod ducentis quadragintaquatuor annis. quia forsan accepit partem anni que suffecit pro anno Augustinus uero loquitur de annis integris Et infra obtabiliore fortassis etc. hoc dicit propter tullium socerum tarquinii. quem tarquinius turpiter interfecit. filia propria scilicet tulia ut creditur consentiente ¶ Et infra intra uiginti ab urbe miliaria etc. Eutropius. libro. primo. dicit quod adhuc ubi romam plurimum uix usque ad xviii^m. miliarium possidebat ¶ Et infra quantum spatium absit etc. uult dicere quod roma non subiecerat sibi tanto tempore de terra quantum est territorium unius parue ciuitatis getulie. est autem getulia in affrica terra quedam

Huic tempori addicimus etc. ¶ Capitulum xviii. In hoc capitulo xviii^mo. ostendit beatus Augustinus qualia mala passi sunt romani statim post expulsionem regis tarquinii. scilicet primo anno consulum qui fuit etiam primus annus illius temporis de quo salustius dicit quod equo et modesto iure agitatum est hec autem dicit quod licet ystoriarum ut supra libro secundo. capitulo. xviii dictum fuit ¶ Cum uenis a tarquinio etc. de hoc nota supra libro secundo capitulo xii. ¶ Et infra in quo breuissimo tempore quam funestus etc. idest plenus funeribus non propter pestilentiam sed propter interfectiones uarias ut infra patebit. uel dicitur funestus. idest crudelis propter crudelitates. eo anno hostensas. Et infra. Nam primus brutus exhonoratum etc. exhonoratum dicit quia de consulatu depositum in cuius locum successit eodem anno publius ualerius. ¶ De ista collatini tarquinii eiectione dixi supra libro. secundo capitulo xviii ¶ Et infra deinde mox ipse in bello etc. hic tangit beatus Augustinus duas ystorias quarum prima ordine rei geste. est de interfectione filiorum bruti et aliorum ¶ Narrat autem titus liuius libro. secundo de urbis origine

De interf[...] filior[...]

q expulso rege tarquinio erant in urbe adolo
sentes aliquot nobilles qui regnante tarqui
nio cum filijs tarquinij uitam disolutã et
luxuriosam duxerant qui regis expulsionem
grauiter inter se ferebant uidentes multum
ablatum sue pristine libertati ¶ Dicebant enim
regem hominem esse a quo impetrare possis et
ubi ius .i. violentia ¶ et ubi iniuria opus
sit ee. ubi etiam gratie locum ee. silicet. apud
regem. ubi etiam locum esse beneficio et irasci
et ignoscere regem posse. inter amicum et
inimicum discrimen nosse. leges uero diceb
ant rem surdam et inexorabillem esse salu
briorem melioremque inopi q potenti nichil
laxamenti uel uenie habere si modum exces
seris periculosum etiam esse in tot humanis
erroribus. solla innocentia uiuere ¶ hec
igitur et hijs similia dicentes tractabant
cum hijs quos tarquinius ad urbem miserat
pro rebus suis repetendis de reductione
regis. et fere pduxerant tractatũ ad effectũ
nisi p unũ suũ qui eos hoc de tractantes
audiuerat detecti fuisset ¶ Igitur pditione
aperta. brutus osul pprios filios in hac
pditione deprehensos iudicauit in aspectu suo
primo ad pallum ligatos et nudatos ui
rgis cedi et postmodum decolari cuius
supplicij filiorum ipse pater erat spectator
nullius doloris signum ostendens ¶ Et
factum bruti omendans. ualerius. libro
quinto dicit de ipo q exuit patrem ut
osule ageret. orbusque uiuere. idest filijs
orbatus. quam publice uindicte de esse ma
luit ¶ de isto etiam facit virgilius mentionem
libro. sexto. eneydos cuius uersus ponit hic
Augustinus et satis clare expo̅nit ¶ de hoc
etiam oratius. libro. secundo. dicit sic año
post urbem oditam. ccxliiij°. brutus primus
apud romanos osul primũ oditorem regẽ
que rome nõ solum exequare parricidio sed
etiam uincere studuit quippe duos filios
suos totidemque uxoris sue fratres intelliges
reuocandorum in urbe regum placitos insim

ulatos ingtionem ptraxit virgisque cecidit
securi percussit de hoc facto bruti facit Aug
ustinus mentionem infra. libro. quinto.
cap° decimooctauo ¶ Secunda ystoria. quã

de Insurrectione bru[ti]

tangit est de insurrectione bruti quã etiam
narrat titus liuius ibidem ¶ Refert enim
q tarquinius rex audito quomodo detectũ
erat osilium pditorum et de hijs sumptum
supplicium mox bellum romanis intullit
in quo cũ brutus uideret aroncem filium
tarquinij statim eum inuasit qui fortiter
adinuicem dimicantes mutuis vulneribz
ceciderunt mortuo uero bruto sibi successit
in osulatu lucretius spurius pater. silicet
lucretie quam filius tarquinij regis oppressit
¶ Lucretius uero ante finem anni morbo

lucretius spuri[us]

interijt et successit ei in osulatu marcus
oratius. Et sic anno pdicto Roma quinque
osules habuerat quorum unus mortuus est
in bello ¶ Alter morbo tertius eiectus de
urbe fuit ¶ Et infra nam et idem brut
us. hic ostendit Augustinus quanta iniq
uitas fuit eiectio tarquinij collatini qui ga
in nomine onuenebat cum rege expulsus
est cũ tamen facille esset nomen mutasse
non obfuit uero q brutus esset osangui
neus regis ppinquius ¶ Erat enim filius
tarquinie sororis regis idest nepos regis
ex sorore tamen et in urbe et osulatu
remanebat ¶ Et infra quo anno osulat
us ¶ Vult dicere quod eo anno quo ptã
otingerũt roma auspicata est idest habere
incepit nouam potestatem. silicet osulatus
qua fuit primus annus quo cepit hec osules
¶ de differentia huius potestatis ad potestatem

de potestate osu[lum]

dictatoris dicam infra. libro. quinto capit°
xviij°. hoc tamen sciendum est q eorum potestas
solum año uno durabat nisi otingeret eos
sequenti anno de nouo elligi et creari
primo quandoque osul creatus etiam infra
anni tẽpus cedebat potestati eo q certa
dies esset comiciorum. idest ouocationis popli
ad elligendũ magistratus nouos regulariter

ultra q̄ non durabat potestas magistratuum
etiam si ex aliquo casu quis fuisset alio
tempore creatus ¶ Et infra finito scilicet
tempore etc. hoc tempus fuit q̄ diu tarquinius
superbus post expulsionem suam vixit sci-
licet quindicim uel sedicim ut supra libro
secundo cap. xviij. ¶ Et infra secuta
sunt qui idem salustius et cetera. salustius
dicit. que hic recitat Augustinus in libro
hystoriarum suarum que supra etiam recita-
uit Augustinus libro secundo cap. decimo
octauo. ubi etiam patet eorum intelectus.

Quid itaque ego. ¶ capitulum xvij.
Q tantas moras etc. in hoc capitulo
xvij. beatus Augustinus tractat
de malis que romani passi sunt post
mortem tarquinii superbi. Et primo tangit
mala que romani post illud tempus pas-
si sunt in generali ostendens quod autores
ipsorum peiora scripserunt de hiis quam ipse Aug-
ustinus secundo libro. ubi ergo erant illi
dii et cetera. Inuehit contra deos eorum et
explicat malla que usque ad primum
bellum punicum passi sunt. Et hoc facit
in speciali per tot annos usque ad secundum
bellum et cetera. idest ferre per trecentum
annos ut supra. libro secundo capitulo
xviij. ostendi tamen uidetur quod melior
littera esset usque ad primum bellum puni-
cum qua magis concordaret cum principio
vigessimi secundi capituli huius libri.
Nam post ipsum finitum pacem tantum habe-
bant quod clauserant portas Iani ut supra
libro isto capitulo nono dictum fuit.
tamen forte quia illud tempus modicum
fuit respectu alterius ideo pro nullo compu-
tatur et ideo dicit usque ad secundum
bellum punicum ¶ A salustio breuiter
commemoratum est. scilicet in ystoriis ¶ Et
infra nec nobis quia hec dicimus etc.
hic petit quod romani boni non succenseant
idest non irascantur sibi propter hoc quod
malla eorum recitat. tamen dicit non

non opportere hoc ab ipsis petere quia
certum est quod boni romani propter hoc non
offendentur sicut nec eorum proprijs script-
oribus ¶ qui multa peiora scripserunt
quibus Augustinus dicit esse stillo et
ocio multum imparem. idest se minorem
stillo quidem quia elloquentiores ocio
quia studiosiores erant. vocatur autem
studium et contemplacio ocium. quia dum
quis student et contemplationi uacat
opportet quod ab exterioribus actibus quiescat
uel ideo ocio quia magis eis uacabat
talia scribere quam sibi in multis alijs occu-
pato ¶ Et infra quod salustius ait etc.
scilicet in ystorijs suis et sunt uerba
salustij ab illo loco plurime turbe etc.
idest turbationes. Nam turba secundum
Augustinum de verbis domini omelia xxij
non est aliud quam multitudo turbata ×
¶ Sediciones et ad extremum ad bella ciuilia
orta sunt etc. de quibus dictum est supra
libro secundo et plus dicetur hoc libro
capitulo xxiiij. ¶ dum pauci potentes quorum
in gratiam plerique concesserant idest multi
alij non ita potentes in eorum gratiam
venerant propter quod adherebant eis
¶ Sub honesto patrum autem plebis
nomine dominationes affectabant. idest cum
affectarent dominare. et hoc intenderent
pretendebant se agere causam patrum
aliqui uero causam plebis et sic quidam
traxerunt ad partem suam patres quidam
uero plebem. ¶ bonique et mali ciues
appellati supple fuerunt non ob merita
in rem publicam quia ad hoc non habeb-
atur respectus quod scilicet quis bene uel
male habuisset sed id rem publicam omnibus
pariter corruptis idest malis effectis ¶ Sed
ut quis que locupletissimus et iniuria
ualidior quia presentia dabat. idest que pro
illo tempore placebat concedabat aut pro bono
dicebantur hec salustius ¶ Et infra
ubi erant dij quando ualerius consul etc.

de cap[illegible]
capitu[illegible] ualerij
consulis

yſtoriam quam hic tangit beatus Augu-
ſtinus narrat titus liuius libro iij.º de
vrbis origine, vz q sub ↄſulibus tito clau-
dio et publio valerio exules romanorum
ac ſerui ↄgregati in multitudine magna
.ſ. vſque ad duo milia qngentos duce
quodam appio herdonio qui erat ſabinus
arcem capitolij occupauerunt quo tempore
inter patres et plebem ꝑ legibus quibuſdam
ferendis erat diſcenſio ¶ Dux vero
herdonius ꝑmiſit ſe ad hec ſolum veniſſe
ut exules in patriam reduceret et ſuos
a duro ſeruitutis iugo liberaret et niſi
hec ſibi ↄcederet extrema malla. Vbi pcu-
raret ↄcitando volſcos et equos poplos
vicinos in bellum ↄtra ipsos ¶ Tantus
vero furor eodem tpe tribunos plebis
inuaſit ut in plebe diuulgarent nō
eſſe de bello vero timendū quia qui
arcem occupauerant erant patrum hoſ-
pites et clientes qui de ↄſilio patrū
arcem occupauerant, ut plebe ſic territa
a legibꝫ petendis deſiſteret ¶ Publius
autem valerius ad tribunos et plebē
accedit eoſque atrocitos corripit q
curam rei publice in tanta neceſſitate
deſſerunt adiciens q dij eorum ab hoſtibꝫ
capti ſūt q iupiter etiā maximus opti-
mus et iuno regina ac mīnia at alij
dij deeque occidebant et q caſtra ſuorum
publicos penates tenebant quibꝫ nō
obſtantibꝫ tribū ſeditionem vt prius
mouerunt donec nox ſupueniens
eis ſilentium imponet ¶ Tuſculli
igitur vicini et ſocij romanorum aud-
itis hijſque rome fiebant cū exercitu i
ſubſidiū ↄſulum romam venīut et vt
arcem ab hoſtibus liberent ↄſullemque
vallerium ducem tam romani q tuſculani
ſequunt Aſcenduntque in cliuum capitolij
iamque inueſtibulum templi ꝑrupant
cum vallerius ↄſul acerrime dimicas
int primos occidit quem publius

voluſius cadentem videns ſtatim corpus
tegi iuſſit gerens ipe publius voluſius
ducis offitium ¶ Tantuſque erat ardor
pugnantium romanorum et tuſculorum ut
ante vinceret q ſcirent ducem ſuum
interemptum multi igitur exulum cede
ſua fedauerunt templum multi capti
ſunt herdonius interfectus eſt et
capitoliū reſtitutum et purgatū atque luſtr-
atum ¶ Et infra ubi erant quando dn-
ſiſſimis fatigata ret delegatis ꝑ legibꝫ ath-
enas miſſis dictum ſuit ſup libro. ij.
capl̄o. xvj. ¶ Sciendum eſt etiam q ſicut
dicit titus liuius libro iij.º de vrbis origie
nō ſolum erant dicti legati miſſi ut leges
atheinenſium defferent ſed etiam ut moēs
et inſtituta ac iura ciuitatum aliarum gre-
cie dilligēter attenderent et noſcerent
¶ Quantum vero ad diſſenſiones de
quibus hic loquitur Auguſtinus ſciendū
eſt q ſicut dicit titus liuius ibidem eodē
anno fuit magna diſſenſio inter ↄſulles
et tribunos plebis negabant enim ↄſules
poteſtatem leges ↄdendi eſſe penes tribu-
nos et plebem tantum enim penes ſe
eſſe dicebant et p ↄſequens leges que
a tribunis late erant cum plebe nullius
vigoris erant ¶ Tamen ↄcordauerunt
et ↄſenſerunt tam ↄſules q tribuni et
omnes ut pro legibꝫ accipiendis in
greciam mitterentur ¶ Quantū vero
ad famem et peſtem de quibꝫ hic loqt
Auguſtinus narrat titus liuius ibidem
quod poſtque miſſi ſunt ꝑdicti legati athe-
nas. duo ſimul mala ingentia orta ſūt
ſcilicet fames et peſtilentia tam hominū
q aliorum animalium agri quidam effecti
ſunt eo anno ſteriles vrbis autem exhauſta
eſt funeribꝫ ¶ Nam multi et ꝑclari eo ano
mortui ſunt inter quos erat flamen
quirinalis .i. ſacerdos quirini idest
romuli ¶ Augur idest ſacerdos q ꝑerat
augurijs ¶ Quatuor etiam tribuni plebis

de morte herdoni[i]

de legatis miſſi[s]
athenis ꝑ legib[us]

de peſtilentia rom[e]

de morte valerij

et alii magni non nulli de predictis sic scribit
orosius libro secundo. dum legati ad athenienses
expectant arma romana pestilentiaque compesc
uit. ¶ Et infra ubi erant quando rursus
etc. quod hic tangitur contigit anno ab urbe
condita cccxv. quo secundum titum livium l. iiii.
quarto de urbis origine fames gravissima
romanos afflixit in tantum quod multi spe
victus amissa. ne fame diu cruciarentur
se in thiberim submerserunt. propter quod
prefectus annone. qui s. de victualibus pro
civitate curam haberet perpetuam creatus est
lucius minutius qui postmodum eos qui
frumenta absconderant compulit ea vendere.
ut saltem habere posset civitas sufficienter
pro uno mense. ¶ Eodem tempore fuit quidam
lucius emilius equestris ordinis dives valde.
qui aliunde empto frumento de sua pecunia
et in urbem allato distribuit ipsum plebi que
tanto alleta beneficio promisit sibi consulatum.
Ipse vero dicebat hoc sibi nimis modicum
esse pro tanto beneficio et satis parum esse
si facerent eum regem. Ista pervenerunt ad senatum
qui statim dictatorem creat lucium quintum
cincinatum iam octogenarium. ¶ Erat autem
tunc potestas dictatoris qualis postmodum
fuit imperatorum nisi quod solum dimidio anno
durabat. magister vero equitum. sibi coap
tatur similiter ahalam ¶ Stupet hoc viso
prefatus Emilius una cum plebe Interim
a dictatore mittitur magister equitum ad lucium
emilium ut eum vocet in iudicium. Emilius
vero infra catervam suorum se recipit cum
ab apparitore apprehensus esset. ereptus est. et
fugit clamando se a patribus opprimi eo quod plebi
in tanta necessitate subvenisset ¶ Sed magister
equitum ipsum vociferantem insequitur et occidit
¶ Cumque de hoc tumultus magnus oriretur
in plebe dictator coram se plebem venire iubet
convocatam coram ipsis emilium iuste occisum
fuisse quia vocatus ad iudicium venire contempsit
etiam si in aliis innocens fuisset. iussitque dictator
domos eius diruri et bona ipsius vendita publicari

¶ Et infra ubi erant quando pestilentia maxima
etc. ¶ Circa lecti sternia de quibus hic Aug
ustinus facit mentionem. Sciendum quod in quibus
dam fiebant lecti sternia in quibus possent viri
commune accubare seu discubere. i. cubito appo
diati iacere ¶ Nam fuit hic. in cap. cumbo.
bis. Antiquitus consueverunt quando sic iacere
dum comedebant videlicet sic faciunt modo
languidi ¶ Et sicut dicit ysidorus. libro xx.
ethymologiarum apud romanos viri accu
babant et femine sedebant quia videbatur
in femina accubitus esse turpis et ideo ro
mani qui invitare volebant deos ad convivia
fiebant lecti sternia. Unde dicit valerius
libro ii. in principio Antiquitus femine
cum viris cubantibus. i. inclinatis et
apodiatis ad lectum. vel lecti sternia super
cubitos suos sedentes cenabant que consuet
udo ex hominum convictu ad divina penetravit
¶ Nam iovis epulo idest in convivio ipse iupiter
in lectulum et minerva in sellam. i. sedet
ad cenam. quod eius mea diligentius in
capitolio quam in suis domibus conservat ¶ histo
riam. quam hic tangit Augustinus narrat
titus livius. libro. quinto. de urbis. origine.
dicens in urbe. quasi insanabilem pestem
ortam fuisse que durabat tam hyeme quam
estate pro qua depellenda consilio duum
virorum. qui sacris. i. rebus divinis preerant.
primum lecti sternium. in honorem. s. deorum
factum. est rome. quia sex diis. s. appolini.
latone. dyane herculi. mercurio ac neptuno
tres lecti quam amplissime strati sunt apparatu
Fuit autem latona mater appolinis et
diane Diana vero dicitur luna sicut appolo.
sol. de Latona vero que peperit appolinem
et dianam. loquitur beatus Augustinus infra
libro. xviii. ca. xiii. de secundo bello punico.
¶ Narrat titus livius romanos fecisse
alia sex pulvinaria. i. lecti. sternia. vide
licet iovi. et iunoni. unum. alterum neptuno
ac minerve Tertium marti ac veneri.
Quartum appolini et dyane. Quintum

[Margin notes: prefectus annone — Dictatoris potestas — de lecti s[ternia] — de lecti[sternia] — de lo[…]]

vulcano · at veste / Sextum mercurio et cereri ¶ Et infra ubi erant quando per decem · etc. · hystoria · que hic tangitur ponitur sup · libro · ii · cap° · xvii° ¶ Et infra ubi erant galli · etc. · historia quam hic tangit Augustinus · habetur supra libro · ii° · cap° · xxii / Et infra ubi erant · quando illa insignis pestilentia · etc. ¶ De camillo quomodo vehientes expugnavit habetur sup · libro · secundo · capitulo decimoseptimo quomodo urbem · de gallis vindicavit / habetur supra libro · secundo · capitulo · decimooctavo · ¶ Quantum vero · ad pestilentiam que ipsam consumpsit · narrat titus livius · libro · viii · de urbis origine / quod rome orta est pestilentia que magnam multitudinem hominum consumpsit in qua et censorem unum et unum edilem ac tres tribunos plebis fertur mortuos fuisse

Morte camilli

¶ Mortuus est etiam eadem anno · Camillus vir maxime laudis · qui post redditum suum · de exilio · de quo dictum est supra · libro secundo · capitulo · decimoseptimo / viginti quinque annis vixit tante glorie ut conditor · urbis romane secundus a romulo diceretur · unde dicit eutropius · libro · secundo · quod honor ei post romulum secundus delatus est · Et quod hiis temporibus in mensis per continuum biennium romanos pestis afflixit · de ludis vero scenicis propter eam institutis habitum est · supra libro · primo · capitulo · tricesimo primo · ¶ Et infra ubi erant quando alia pestilentia etc. · hystoriam que · hic tangit narrat titus · livius · libro · viii° · de urbis origine · dicens · quia sub consulibus claudio · marcello · et valerio flaco · cum omnes maiores civitatis morerentur / modo consimili · ancilla quedam fabio maximo edili causam promissa sibi prius impunitate indicat / dicens matronas venena coquere / et si vellet sequi consules hec manifesto exemplo · deprehenderet · secuti sunt ergo eam · invenerunt matronas coquentes medicamina bona habentes tamen alia recondita ¶ Quibus dellatis in forum vocatis matronis viginti duabus quarum una cornelia alia sergia vocabatur asserunt ea medicamina esse salubria · que cum tamen ea ad preceptum iudicis bibissent statim mortue sunt · Comprehense sunt earum comites que maximum numerum matronarum indicaverunt que similia faciebant ¶ Ex quibus centum septuaginta dampnate sunt / creditum est autem hoc magis ex alienatione mentis quam ex scelere ipsas hoc fecisse / Orosius vero · libro · tertio · dicit quod tanta multitudo fuit matronarum in hiis facinoribus deprehensarum ut trecente octoginta dampnate simul ex hiis fuisse refferantur ¶ Valerius autem · libro · ii° · quantum ad numerum earum · concordat cum tito · livio / et dicit quod beneficii questio · et moribus / et legibus romanis usque ad illud tempus ignota fuit ¶ Fuit autem illud tempus · ut patet ex tito livio anno · ab urbe condita · quadricentessimo vigesimo ¶ Et infra vel quando incendinas etc. · hystoriam quam hic tangit Augustinus narrat titus livius · libro · nono · de urbis origine / in principio / quod cum esset bellum inter romanos / et samnites · dux samnitum pontius hunc exercitum iuxta furculas caudinas / id est locum quendam sic dictum

de samnitibus

¶ Misit autem pontius decem milites in habitu pastorali qui in diversis locis pascerent pecora / iuxta viam per quam erat exercitus romanorum transiturus precipiens quod romanis venientibus et interrogantibus ubi erat exercitus concorditer responderent quod scilicet iverat ad obsidendum luceriam · que civitas erat socia romanorum · Romani ergo statim decreverunt / hiis auditis ire luceriam ad deliberandum eam · ab obsidione · Sed duplex via erat una iuxta mare et longior et alia per furculas caudinas quam quia brevior erat · ut citius sociis subvenirent ellegerunt ¶ Clauditur autem via illa ex utraque parte montibus habens solum unum introitum · et unum exitum per medium duorum saltuum inter quos est planities quedam · ad quam cum transito uno saltu pervenissent / et alium saltum vellent ingredi invenerunt sibi viam preclusam deiectis arboribus intransverso viarum et viderunt

nichilominus in monte iuxta se presidium ar
matorum sicque inclusi sunt ut nec retrocedere
nec procedere possent tandem necessitatem
ducti miserunt legatos ad sannites pe
tentes vel pacem romalem vel bellum
Responsum est iam de bellatum esse permi
ssa tamen est pax sub hiis condicionibus
ut scilicet romani omnia arma sua redde
rent omnemque aliam suppelectillem retentis
sibi tantummodo singulis vestimentis sicque
omnes subiugum transirent et impri(mis)
consules et postea alii magistratus et deinde
cetera multitudo quam pacem amisserunt
romani cum magna sui deiectione necessi
tate coacti sicque cum sui ignominia ad
urbem sunt reversi Et est hic sciendum
quod sicut dicit titus livius libro tertio de
urbis origine quod quando quis mittendus
erat subiugum elevabantur due haste vel
duo ligna et tertia super ponebatur ex
transverso sicut fiunt furce quibus fures
suspenduntur et per medium illarum transibat
qui mittebat subiugum insignum perfecte
subiectionis sexcentos nichilominus
equites romanos tenuerunt sannites
ut essent obsides hanc etiam istoriam
Eutropius libro secundo narrat et
orosius libro tertio narrat contigit autem
illud ut patet ex tito anno ab urbe condita
quatercentessimo vigesimonono secundum
orosium autem anno quatercentesimo
vigesimosexto de pacto vero a romanis
sic inclusis cum sannitibus inito et post
modum a romanis rupto dicetur infra
libro quinto capitulo vigesimo secundo
Et infra vel quando gravi pestilentia
etc historiam hic tactam narrat titus
livius de urbis origine libro decimo post
medium dicens quod anno ab urbe condita
quatercentesimoquinquagesimo secundo erat
pestis rome gravis et multa prodigia
contingerunt refert etiam ut dicit in
exercitu apii claudii pretoris plerosque

fulminibus interemptos Et infra vel
quando rome alia intollerabilli etc
hic tangitur hystoria de esculapio et
pestilentia que supra habetur libro
isto capitulo duodecimo Et infra
quoniam regem omnium iovem etc
loquitur Augustinus yronice dicens
quod iupiter qui est rex omnium deorum
diu sedeat in capitulo Nam precipuum
omnium templorum urbis fuit templum
iovis capitolium appellatum sed quando
dum ipse iupiter adolescens erat cum
fit multa stupra ut poete canunt et
hystorie idem assunt Fuerat enim
rex crete et homo inmundissimus
ideo dicit Augustinus non vacavit sibi
dicere medicinam propter quod ipse nesciunt
curare infirmos nec pesti finem impo
nere ideo opportuit mittere pro esculapio
quem dixerunt deum medecine In
rei veritate enim esculapius fuerat
perfectus medicus et ut dixit ysidorus
libro quarto ethimologiarum appollo pater
eius apud grecos habetur primus rep
ertor medecine qui invenit primum
artem medecine metodicam esculapius
vero fuit ampliator medecine inventor
medecine experimentalis tamen fulmi
ne ictus interiit et tamen postmodum
deificatus est et dictus est deus medecine
Et infra vel cum idest quando conspira
ntibus uno tempore etc historiam hic tactam
narrat orosius libro tertio dicens
quod anno ab urbe quatercentesimosexag
essimotertio dollobella et domicio consu
libus lucani brucii sannites etiam cum
etruscis et gallis senonibus facta socie
tate cum bellum contra romanos mollirentur
et romam ad gallos exorandos misisset
legatos galli eos interficerunt propter
cecilius pretor missus est cum exercitu
contra ipsos qui a gallis et etruscis veniens
interfectus est septem tribunum plebis

in illo bello occisi sunt multi nobilles
trucidati decem et octo milia militum rom
anorum prostrati sunt ¶ beatus tamen
Augustinus minorem numero ponit
occisorum ¶ Et infra · uel quando post
longas etc. hic tangitur historia de secessio
ne populi in monte Ianiculi. de qua nich
il alibi reperi · nisi quod narrat lutius
anneus florus in epithomate libro ·
primo sic dicens · tertiam seditionem exci
tauit matrimoniorum dignitas · ut plebei
cum patricijs iungerentur · qui tumultus
in monte Ianiculo duce · Canuleio tri
buno plebis · exarsit ¶ Ex quo patet · lex ·
de connubio patrum et plebis diu · ante
lata esset ut patet · per titum · liuium · libro ·
quarto · tamen causa huiusmodi secessi
onis · fuit quia plebei uolebant iungere
matrimonia cum patricijs · quod patricij
concedere noluerunt · Idem uero lucius
florus · in abreuiatione titi liuij scilicet
libro · undecimo · dicit sic · plebs · propter · es
alienum · post graues et longas sedici
ones ad ultimum secessit in ianiculum ·
unde ab ortensio dictatore deducta est ·
Iste etiam ortensius legem tullit ut
plebiscita non minus quam leges vallerent
ut patet per Institutis de Iure naturali ·
plectarys capitulo · plebis ¶ Et infra cum uero
tam multa bella et cetera hec tangit
hystoria de plectarijs militibus ascriptis
qui fuerunt uero · dicti plectarij patet
per Augustinum hic · Nam cum romani
continue rebus bellicis uacarent et per
consequens nec rebus domesticis nec procrea
tioni prolis uacare possent cernerentque
ciuitatem non posse diu stare sine noua
prole · ordinauerunt quod illi qui non potu
erunt sufficere ad millitandum propter
inopiam in urbe manerent procreationi
prolis uacantes · de quibus dicit Agelius
libro · decimo octauo · capitulo · undecimo ·
quod secundum · sillum paulum illi qui in plebe
romana tenuissimi et pauperimi erant
nec amplius quam mille quingentos eris
in censum defferebant plectarij sunt appel
lati qui uero nullo aut quam parvo
ere censebantur · capite censi voca bantur capite censi
et nec isti nec pletarij milites scribeba
ntur · nisi in tumultu maximo quia fam
ilia parua eis aut nulla erat · propter quod
amoris in patriam fidem et firmamentum
non faciebant · pletarijs tamen asperis rei
publice temporibus cum iuuentutis inopia
esset in miliciam tumultuariam legebantur
armaque · hijs sumptu publico prebebantur
¶ dicti autem sunt pletarij ab officio prolis
edende eo quod causa re familiari parua
minus possent rem publicam iuuare
prolis tamen gignende copia ciuitatem fre
quentarent hec agelius · hystoriam uero
hic tactam a beato Augustino narrat
orosius libro · quarto · dicens · quod anno ·
ab urbe condita quatercentesimo sexagesimo
quarto · tarentini cum viderent classem
romanorum in mari pretereuntem eam
hostiliter inuaserunt · et quinque tantum
nauibus per fugam elapsis alias naues
captas ad portum suum trahunt interfectis
omnibus illos qui bello utilli esse possent
alios vendentes missi sunt ergo a
romanis legati tarentum qui de iniuria
conquerant sed expulsi sunt et etiam iniu
rias acceperunt a tarentinis ¶ dicit
enim valerius · libro · secundo · quod unius
legatorum urina respersus est · hys ergo
causis · ingens bellum ortum est ¶ Rom
ani uero considerantes qui et quanti
essent hostes qui in circuitu eorum strepe
bant ultima necessitate coacti plectarios
ad sumendum arma coegerunt · et sic
exercitu magno facto · Emillius consul
romanorum cum exercitu impetum fecit
in uniuersos fines tarentinorum igne
et ferro vastans omnia plurimo
etiam opida expugnat et iniuria acceptam

de piro rege

crudeliter vindicat. Tarentinos vero
nuniant multi suntinorum quorum etiam pote
tiam maxime auxit pireus rex epirotarum
epiri enim pars grecie est et tarentini
erant cognati grecorum. Nam lacedemonii
condiderunt tarentum. Pireus ergo to
tas vires epiri thesalie et macedonie huit
elephantes etiam antea romanis incognitos
viginti in ytaliam de grecia secum adduxit prima igitur
pugna inter romanos et pirrum cui totum
bellum ascribitur quamvis pro tarentinis
gereret fuit apud eracleam civitatem campanie
et lirim flumen contra levinium consulem roman
orum ubi tota in pugna dies consumpta est
neutra parte fugiente donec introducti essent
elephanti romanis qui illud genus pugne
ante non viderant horribiles et precipue
equis paventibus ad elephantorum aspectum
Romani enim tunc se victos fuisse fuga
sua ostenderunt. Pirrus tamen atrocitate
cladis quam acceperat et iacturam publice pro
testatus est affigens titulum in templo Io
vis apud tarentum in quo sic scripsit qui
ante hoc invicti fuerant viri scilicet rom
ani pater optime olimphios ego vici in pugna
victusque sum ab eisdem. Et cum increpa
retur a suis quod se victum diceretur qui vi
cisset respondit si ego iterum eodem modo
vicero sine ullo milite epirum revertar
ceciderunt nichilominus de romanis in
eo bello peditum decem milia octingenti
octoaginta capti trecentum decem equitum
vero cessi sunt ducenti quadraginta sex.
capti octingenti et duo. Post hec secunda
pugna inter romanos consules et pirrum
fuit in apulie finibus ubi quamvis esset
clades magna ex utraque parte romani
tamen vicerunt sicut augustinus tangit
hic. Nam pireus transfixus brachio pri
mus cessit e prelio. Fabritius vero roman
orum legatus tunc vulneratus est. Eleph
anti vero subiectis inter posteriora et molia
ignibus ardentes circumtulerunt in suo

furore machinas sibi impositas et suis ex
itio fuerunt. In ea pugna cessa sunt
romanorum quinque milia de exercitu vero
pirri viginti milia. De istis pugnis Eutro
pius libro secundo narrat hystoriam satis
pulcre multa laudabilia refferens de fabri
tio supradicto. Et quod in tertia pugna contra
romanos fugatus est pirrus. Et rever
sus in greciam apud argos civitatem occisus
est. beatus autem augustinus tractans
hic de prima pugna facit mentionem
de oraclo et responso appolinis. Ubi scien
dum est quod beatus augustinus tenens se
ntentiam verborum ordinem ipsorum transposuit
Nam ipsum oraculum est versus exameter
talis. dico te pirre romanos vincere posse
Unde tullius libro secundo divinationum
ponit idem oraculum sic. Aio te eacida rom
anos vincere posse. vocat autem pirrum
eacidem quia fuit de sanguine eaci qui fuit
pater pelei et peleus pater achillis. et est
oraculum illud ambiguum quia potest habere
duplicem intellectum sicut illud verbum
est panem comedere canem. Nam cum
in isto dico te pirre romanos vincere
sint duo accusativi scilicet li te et li rom
anos sensus variari potest secundum quod
unus accusativus resolvitur in nominativum
vel alius. Unde unus sensus est dico quod tu
pirre potes vincere romanos. Alius sensus
est dico te pirre romani possunt vincere
Unde tullius reprobans oracula appolinis
inter alia dicit sic oracula tua apollo ut
ego oppinor partim sunt falsa partim
casu vera partim flexiloqua et obscura
ut interpres egeat interprete partim
ambigua et que ad dyabolicos refferenda
sint. Sentit tamen tullius ibidem quod ill
ud oracullum non fuerit appolinis propter
tres rationes. Prima quia appollo numquam re
spondit latine. Secunda est quia ista sors
idest responsio grecis inaudita est. Tertia
est quia pirri temporibus iam apolo versus facere

Orosius

deficeret. beatus vero Augustinus innititur
auctoritati aliorum qui ystorias romanorum
scripserunt ¶ Et infra atque strage etc.
de hac strage narrat Orosius libro quarto
loquens de tempore supradicti belli finiti
sic Romanorum miseria nullis cessat indu
tiis consumitur enim morborum malis inter
tapide bellorum et cum foris cessatur a prelio
agitur introrsus ira de celo. Nam fabio
gurgite iterum consule et gaio genitio pestilentia
urbem precipue mulieres et pecudes invadit
necatis enim in utero fetibus futura ple
nacianit Et minatum partus cum periculo
matrum extracti abortum prodebantur
in tantum in tantum quod credebantur
defuturam esse successionem plus tam in
hominibus quam etiam in iumentis ¶ Et infra
ubi se credo Esculapius etc. Hoc dicit beatus
Augustinus irridendo Esculapium et roma-
nos qui Esculapium ad se accersierunt ut
morbos et pestes curaret post cuius adve
ntum contigit pestis predicta Dicit ergo quod
Esculapius potuit se excusare quia non
erat obstetrix sed archiatra idest medicus
potuit enim Esculapius ut ironice loqua
mur dicere quod obstetrices non bene artem
noverant obstetricandi illo tempore vel non
bene exequebantur officium suum et ideo erat
partus abortivus ¶ Et infra quid hiemps
illa etc. de pestilentia quam hic tangit Au-
gustinus narrat Orosius libro quarto sic.
Anno ab urbe condita quadringentesimo octo
agesimo primo pestilentia ingens apud
romam conflagravit cuius atrocitatem signi
ficare contentus sum quia verbis implere
non possum. si enim spatium temporis quo
mansit inquiratur ultra biennium por
recta est. urbem depopulavit cuius erat
tanta violentia ut sibillini libri consulerent
qui celesti eam ira impositam responderent
¶ Et infra in quo genere oraculorum etc. Ubi
sunt tullii libro secundo de divinatione.
¶ Scripsit enim tullius de divinatione libros
duos tantum. Et vult tullius in proposito
dicere quod oracula que eliciebantur ex lib
ris sibillinis ita erant obscura quod non pote
rat haberi certitudo rei quam significaret
Et ideo qui eos interpretabantur solum loqueb
antur coniciendo sic poterant et volebant
Nec aliter eos interpretantibus credi potuit
nisi sicut hiis qui coniciendo loquentur
¶ Et infra sic interim a magistro etc.
hoc dicit Augustinus quia esculapius iam
quo ad malum istud cum non subvenit se
potuit excusare dicendo quod malum illud
provenit non ex aliqua causa naturali sed
ex ira deorum et ideo non sunt remedium pesti
lentie nisi dii placarentur. ¶ Et infra
unde autem a multis etc. hic Augustinus
ex oraculo sibille prohibuit contra romanos
et deos eorum quia ex quo edes deorum occupa
bantur a personis privatis et non a diis il
lorum ministrum signum fuit quod dii eorum multi
plicati erant eis inutiles Nam aliquem
coluissent eos et non fuissent edes eorum in
usus alios humanos translate ¶ Et infra
non utique magne peritie varronis etc.
vult Augustinus dicere quod varro in libris
suis scribens de edibus sacris dicit multa
ad edes illas pertinentia fuisse ignota quod
posset alicubi sine ignorantie nisi edes ille iam
suo tempore fuissent ab aliis occupate vel
deserte. ¶ Et infra sed tunc saltim etc.
hoc dicit quia licet per oraculum sibillinum vide
rentur dii qui tantum malum evenire suis
cultoribus permiserunt excusari ad tempus
donec scilicet alia mala venirent tamen in
rei veritate ipsi deprehenderunt pestem supradicta
sicut libro primo capitulo trigesimo secundo.
dicit Augustinus ipsi provideront fine pesti
lentie cito imponendum et ideo volebant sibi
aliqua in honorem fieri ad sedandum malum
id ut crederet per eos fuisse sedatum.

Iam vero punicis bellis etc. Capitulum xviij
In hoc capitulo decimooctavo trac
tat beatus Augustinus de malis

que romani substinuerunt in bellis puni
cis et facit in hoc capitulo duo quia primo
romanis malla predicta obicit secundo ibi
hec istis nequaquam et cetera. ostendit quomodo
hec obiectio contra romanos redit et effic
aciter concludit ¶ Dicit autem bellum punicum
quod fuit inter imperium romanorum et
cartagine — cartageniensium sive affrorum ¶ Fuit autem
cartago civitas potentissima in afferica
que toti afferice et etiam parti hyspanie
silicet usque ad flumium hyberum imperabat
et ideo omnes affri vocati sunt carta
ginenses idem etiam vocati peni et puni
bellis punicis — etiam punici et afferici. ¶ Fuerunt
autem tria punica ut dixi supra. lib.
primo. capitulo quintodecimo. ¶ Et not
andum est quod mala que hic narrat au
gustinus a principio huius capituli usque
ad locum illum ¶ Tunc magno metu
et cetera. acciderunt in omnibus bellis
licet minus in tertio quia in duobus primis
¶ Sicut autem origo belli quod fuit
contra romanos et pirrum regem erat civitas
tarentina cui volebat pirrus succurrere
ita etiam fuit origo primi belli punici
¶ Nam tarentini audita morte pirri peti
verunt auxilium a cartaginensibus et
acceperunt ¶ et pugnantes contra ro
manos victi sunt unindum tamen hostes
a romanis iudicati et ideo pugna illa non
pertinet ad pirrum bellum punicum sed
ipsum circiter novem annis precessit. Et fuit
primi belli occasio. ¶ Et infra tunc in
grandi metu et hic narrat specialiter
malla que contigerunt primo bello punico
¶ et quod specialiter hic loquatur de tempore pri
mi belli punici patet ex numero quem
de ludis scenicis — hic ponit dicens. quod celebritas ludorum
scenicorum quos quos vocant seculares
fuit instituta circiter per centum annos
ante hoc tempus ¶ hoc ergo tempore fuit prim
um bellum punicum quia inter institu
tionem ludorum illorum et primum bellum

punicum fluxerunt circiter anni centum
Nam secundum orosium ludi scenici instit
uti fuerunt ab urbe condita anno trecente
simo octogesimoquarto. primum vero bellum
incepit anno quatercentesimooctogesimo
tertio ¶ de institutione vero istorum
ludorum patuit supra. libro. capitullo
trigessimoprimo. fuerunt instituti pro
remedijs corporum cum tamen corporibus
non vallerent et ultra hoc fuerunt
corruptio animorum ¶ Ideo dicit hic quod
felicioribus temporibus memoria negligente
perierat celebritas illorum deorum ludorum
et infra renovaverunt et cetera, quantum
ad institutionem ludorum consecratorum dijs — de ludis
inferris. silicet plutoni et proserpine.
narrat valerius. libro. secundo. quod
cum pestilentia ingenti urbis silicet
quantum ad homines et agri quantum
ad fructus vastarentur valesius quidam — de vales…
dives rusticus filijs suis duobus et
filia usque ad desperationem laborantibus in
firmitate oravit deos sibi familiares
ut puerorum periculum in suum caput verte
rent responsum est sibi quod pueri salva
rentur si statim per thiberim flumium
eos tarentum portasset ibique ex ditis
idest plutonis. silicet dei inferni et
proserpine que dicitur dea inferni ara
a qua calidam aquam ipsi desiderarent qui
hoc intelliges de tarento que est civitas
magna et famosa ac multum a Roma
distans de qua supra facta est mentio
timuit valde navigationem tantam arripe
re tamen spe salutis puerorum iter inchoat
¶ Cum autem per thiberim hostiam peteret et
pueris sitientibus iam calidam aquam
subvenire vellet ne ignis quo posset aqua
calefieri presto esset cernit procul fumum
sibi apparere in loco quodam qui ut agu — …nes de a…
bernatore navis didicit tarentum vocabatur — …dos ins…
¶ Exiens autem navem et hausta de flu
mine aqua illuc properans igne facto aqua 43.

calefacit calefactamque pueris bibendam dedit qua potata statim sopiti curati sunt. Dicuntque se vidisse in sompnis deum quendam eorum contergentem et precipientem ut diti et proserpine. Unde potio tallis fuerat allata nigre hostie immolarentur. Lecti sternia etiam et ludi nocturni fierent. Valerius ergo puerorum nullam ibi aram videns pergit ad civitatem ut emat novam aram precipiens suis ut interim fodiant fondamenta pro ara locanda qui dum fodiunt inveniunt profunde sub terra ad viginti pedes aram quandam diti et proserpine inscriptam quod cum valesius accepisset pro nutum hostias furnas idest nigras ibidem immolavit ludosque et lecti sternia continuis tribus noctibus quia tot erant liberi eius curati fecit. Cuius exemplum valerius publicola qui scilicet fuit consul primo anno post reges expulsos et successit in locum collatini tarquini studio succurrendi civibus secutus apud eandem aram boves nigros masculos diti et proserpine boves feminas immolavit lecti sterniaque ac ludis factis tribus noctibus aram terra obruit sicut ante fuerat. Hoc ex valerio. Patet ergo quod ludi isti fuerunt instituti primo anno post reges expulsos qui secundum orosium fuit annus ducentesimus quadragessimus quartus ab urbe condita. Isti ludi vero fuerunt aboliti sicut et alii sed tamen postmodum tempore primi belli punici fuerunt renovati de quo tempore dicit hic Augustinus quod tanta copia morientium dictatos inferos etiam ludere delectabat quia scilicet tempore primi belli punici quod duravit viginti tribus annis interfecta est ex utraque parte hominum innumera multitudo quorum morte dis idest pluto idest deus infernalis ditatus est. Unde et a dite dicitur dives et ditari quia dis continue ditatur quia continue homines moriuntur. Unde in hoc quod dicit Augustinus inferos ditatos alludit nomini ditis. In hoc vero quod dicit eos ludere delectari alludit eo quod dictum est de ludis eis consecratis et renovatis. De renovatione horum ludorum ad tarentum facit titus mentionem libro quadragessimo nono. Et infra nichil sane miserabilius etc. Hystoriam de attilio regullo que hic tangitur posui supra libro primo capitulo quinto decimo de qua etiam fit mentio libro secundo capitulo vigessimotertio. Et infra dum est quod aerei sunt scilicet dii vel demones. Hic dicit Augustinus secundum opinionem appulei platonici qui possunt deos esse animalia corpus aereum habentia ut patet infra libro octavo capitulo sexto decimo. Vel hoc dicit quantum ad corpora que sumunt quando visibiliter se ostendunt condempsant enim aerem et figurant ut vollunt. Et infra nec malla illo tempore etc. De mallis que hic recitat Augustinus scilicet factis infra urbem per aquas et ignem loquitur orosius libro quarto et dicit quod anno ab urbe condita quingentesimo octavo repentina subversio ipsius Rome prevenit triumphum romanorum scilicet de cartaginensibus siquidem quinto lucatio et catulio aulo consulibus diverse ignium aquarumque clades pene assumpserunt urbem. Tiberis enim insolitis auctus imbribus et ultra opinionem vel diuturnitate vel magnitudine redondans omnia rome hedifficia in plano posita delecit aquarum gravissimam cladem graviorque ignis vastatio sequuta est cum ignis incertum unde surrexit plurimas civitatis partes per vagatus hominum domorumque miserabillem stragem fecit. Deinde cum omnia incendium fori popularetur eidem veste corripuit et nec quidem diis subvenientibus ignem illum qui eternus putabatur temporarius ignis oppressit. Unde etiam metelus

nes dicitur addite a deo infernali

de post magno

de igne ppetuo

dum arsuros deos eripit dux brachio semusto . ablatus an fugit hoc orosius . ignem ppetuuz vocat ignem qui in templo veste a virginibz que sacerdotes eius erant gtinue lignis appositis fouebatur De isto etiam incendio templi veste z metello sacra expectate . loquitur . titus . liuius . libro . decimonono ab vrbe et ouidius libro . sexto . de fastis . Seneca vero . libro quarto . declamationum declamatione secunda . dicit metellum tunc fuisse cecatuz et ideo sibi postmoduz sacerdotiu summu negatuz Hunc metelluz vocat hic augustinus vestem familiarissimu qua scilicet sacra ipius et aliorum deorum que in templo veste fuerant cu tanto sui periculo . conatus est saluare Et infra ubi ei velud vitam ppetuam etc . idest veste quam ignem volunt esse quasi vitam ppetuaz donabant virgines qua semper ignez fouebant ut dictuz est Et infra sacra illa fatalia et cetera sacra fatalia Augustinus sacra palladis que de troia allato fuerunt Nam sicut dicit ouidius . libro . sexto palladiuz idest simulacrum palladis

de palladio

de quo fatatuz idest pdiuinatuz et inuiolabilz satis diffinitum fuit quod eo translato transferretur imperiuz ut supra . libro . primo . capitulo . secundo dixi fuit . posituz i templo veste et cum templuz arderet fuit exportatuz ut dicit ouidius et dicit hic Augustinus dicit etiam q ista sacra fatalia tres in quibus presenserant ciuitates scilicet illiu lauiniuz et albam in quibz fuisse sacra illa habebant in magna reuerentia et tamen omnibz illis malle accidit . Naz troia et alba subuerse sunt et lauinium cito regnuz pdidit de hoc dictuz est supra . libro . isto . capitulo quarto . decimo Et vltra hoc istis nequaqz et cetera hic ostendit Augustinus quomodo ea que obicit romanis et dijs eorum de mallis pene que romani passi sunt efficaciter gcludit enim gtra eos qua ipi no colluerunt deos pt aliq bona eterna et futura sed soluz ppter psentia et ideo ex malis que passi sunt patet q frustra coluerunt eos no aute pot sic gtra xpianos ex mallis que hic patiuntur agram qua no collunt xpm ppter psentia sed futura Capl'm xvjm°

D ecundo autez punico bello etc In hoc caplo decimonono tractat beatus Augustinus de mallis romanorum que in seipis passi sunt tpe secundi belli punici quod mouit hanibal imperator cartaginensis romanis etc. Naz sicut dicunt hystoria graphi . orosius . eutropius et titus liuius cum esset noue annorum anulcari patri suo ad aras iurauerat se gtra romanos pugnaturum ad citius q posset Valerius etiaz . libro . nono . idez narrans addit q anibal significare cupiens qto inter se odio roma et cartago dissiderent inflicto in terraz pede suscitate que puluere tunc fuit causam fiuem belli fore dixit cu altera in pulu erem esset redacta Et est sciendum q anibal iste fuit anibal posterior Nam fuit anibal alius prior dux cartaginensium qui in bello punico primo a romanis deuictus est bello naualli de isto vero bello punico secundo scribit titus liuius de eadem vrbe . idest decem libros in cuius plogo dixit se scripturuz belluz omniuz marie memorabille que vnquaz gesta sunt q anballe duce cartaginenses cum populo romano gesserunt neque enim validiores opibus vlle inter se ciuitates gentesqz contulerunt arma neque hijs ipis . scilicet cartaginensibus et romanis vnquaz tantuz fuit et no ygnotas belli artes inter se sed pus expertas bello punico conferebant adeo varia belli fortuna fuit vt ppius periculo fuerint qui vicerunt rodijs etiaz pre maioribus certauerunt quam viribus Romani eni indignati sut . q

victoribz· scilicet in primo bello punico uicti· ul
tra inferent arma· penj etiam indignati sunt
quia uidebatur eis quod minus superbe et am
are eis a romanis imperaretur ¶ Cepit
autem hoc bellum secundum orosium anno·
ab urbe condita quingentesimo uigesimotertio
sub consulibz publio cornelio scipione et
publio sempronio longo finitum autem fuit
illud per scipionem filium supradicti scipionis
qui postmodum subiugatis affris dictus e
scipio affricanus· accipiens nomen a gente
quam subiugauit ¶ Durauit hoc autem
bellum secundum Augustinum in tercio libro·
quinto capitulo uigesimotertio annis de
cem et octo· Secundum orosium annis
sedecim cui concordat titus liuius· libro·
decimo de secundo· bello· punico secundum
uero Eutropium ·libro ·tercio· annis decem
et nouem hamballe quippe ab hyspania
insurgente sciendum est sicut in precedenti
capitulo· dixi quod imperium cartaginensium
extendebat se usque ad hiberum fluuium hys
panie fuit eis subiecta ¶ quia ergo inter
hyspaniam et romam mare non mediat
ideo ad uitandum maris discrimina ham
bal fecit uiam suam de affrica in ytalia
per hyspaniam ubi mare quod diuidit eur
opam et affricam strictissimum est et quod
ex utraque parte sui habebat portus cart
aginem subiectos ¶ Alia causa fuit ut
haberet occasionem romanos inuadendi ut
sequenti capitulo apparebit. veniens autem
in hyspaniam expugnauit saguntum· ut
etiam dicetur sequenti capitulo· Et ea
ciuitate expugnata transiuit montes
pireneos qui hyspanias a gallis diuid
unt et sic per gallias transiens decima
nona die secundum orosium a pirreneo
monte ad alpes peruenit ubi quoque resistentia
inuenit ferro gladioque sibi uiam aperuit
¶ In alpibus uero gallos sibi resistentes
bello superat atque rupes inmeabilles
igne et ferro rescindit quatriduo in hys

consumpto quinto die peruenit ad plana ytalie
scilicet ad plana lombardie sibi habens tunc
in exercitu centum milia peditum et uiginti
milia equitum ¶ Scipio uero consul roma
norum primus cum exercitu sibi occurrit
commissoque prelio apud fluuium Ticinum qui
padum influit scipio grauiter uulneratus
a filio suo scipione tunc ad modum iuuene
a morte liberatus euassit cesso ibidem pene
omnium exercitu romanorum quem scipio co
nsul ibi habuit postmodum ab eodem consule
ad fluuium trebiam qui est iuxta placen
tiam iterum pugnatum est fortuna cum sim
ili ¶ Sempronius uero consul alter cognito
sui college casu de cicilia cum exercitu red
diit et apud eundem fluuium congressus
amisso exercitu fere sollus euassit In quo
bello etiam hambal uulneratus est quia
postea cum primo uere in tusciam transi
ret in summo appennino monte correptus et
bidiuo nimbis concussus et conspersus cum
exercitu obriguit ubi magnus numerus
hominum iumenta etiam sua quam plurimo
et elephanti pene omnes frigore perier
unt inde uero progrediens per uiam palustre
iuxta sarnos maximam partem sociorum
et iumentorum perdidit et oculum quo iam
diudum eger fuerat uiolentia frigoris
uigiliarum ac laborum amisit cum diffic
ultate tamen palude euadens ad castra
flaminij consulis appropinquat flami
nium apud lacum transimenum qui mo
dicitur lacus perusinus exercitauit ad
bellum ubi arte hambalis totus exercitus
romanorum circumuenientis funditus tru
cidatus est ipse consul occisus est et uigi
nti quinque milia romanorum cessa· et sex
milia capta referrunt in hoc bello tantus
fuit ardor pugnantium· ut terremotum
grauissimum qui tam uehemens erat quod
urbes diruit montes transtulit rupes
deiecit et fulmina flumina retrorsum
coegit milites non sentirent ¶ post hec

De primo bello punico et quibus pugnat

De hambale cartaginensium

De hambale

de bello canens

secuta est pugna cannensis · idest apud cannas
vicum apulie · ubi pugnavit hanibal contra
duos consules · idest emilium paulum et terre
ntium varronem / et interfecta sunt romanorum
quadraginta quatuor milia / et de exercitu
hanibalis magna pars cessa est. (e morte Emilij pauli) Periit
in illo bello Emilius paulus consul et consula
res et pretorij · viri viginti sufecti sunt
senatores triginta vel occisi vel capti / nob
iles viri trecentum. Pedestrium militum
quadraginta milia · equitum tria milia qui
ngenti / varro consul alter · cum quinqu
aginta equitibus fugit venusiam / nec
dubium est quin dies illa ultima fuisset
romani status / si hanibal ad invadendum
urbem mox post victoriam contendisset.
In nulla pugna contra penos romani sic
afflicti sunt / et extunc multe civitates
ytalie · prius romanis subiecte a romanis
discesserunt / et annibali adhesserunt inter
quas canna erat precipua. Sciendum
est autem quod preter istas pugnas inter
hanibalem et romanos fuerunt alie
pugne multe · et in quibusdam romani
in aliis autem cartaginenses superiores
erant / similiter dum hanibal pugnat
in ytalia frater suus hasdrubal pugnat
contra romanos in hyspania (c. hasdrubale) qui duos
scipiones fratres et duces romanorum
missos in hyspaniam contra ipsum occidit
et multas strages romanorum fecit. Et
iuxta tres modios anullorum et cetera. Orosius
quantum ad numerum modiorum concordat
cum augustino. (Anulis missis cartaginem.) Titus vero livius · de
secundo bello punico · libro · tertio · dicit
quod anullorum aureorum tantus erat acer
vus ut secundum aliquos auctores · ultra
tres modios et dimidium expleret / dicit
tamen quod propius est vero non plus uno
modio fuisse. Et inter atque hinc str
ages et cetera · vult augustinus dicere quod hinc
idest ex numero anullorum qui sollum
nobilibus et maioribus interfectis /

detracti fuerant cartaginem transmisso co
niicere potuerunt cartaginenses melius
quanta fuerit aliorum romanorum minus
nobilium interfecta multitudo quam vide
retur eis posse per modum alium nuntiari.
Denique tanta et cetera quantum ad hoc nunti
at orosius · libro · quarto · quod post dictam
cladem romanorum adeo desperaverunt
romani quod senatores de relinquenda
ytalia / et locis alijs ad habitandum sibi
querendis consilium in commune putaver
unt quod tunc confirmatum fuisset nisi
cornelius scipio tribunus tunc militum
qui postmodum scipio affricanus appell
atus est districto gladio eos deterruisset
Ac post pro patrie deffensione iurare
in sua verba coegisset quo facto romani
ad spem vite respirare ausi dictatorem
decium iunium creant qui dilectu mil
itum habito a decem septem annis etatis
sue inmaturam et inordinatam militiam
fecit cuius erant quatuor legiones unde
cumque collecte seu contracte / tunc etiam servos
spectati roboris ac voluntatis vel obla
tis a dominis suis / vel si opus erat pub
lico precio emptos sub titulo libertatis ad
sacramentum militie adiecit. Valerius
libro · septimo · capitulo · sexto · dicit
viginti milia servorum tunc empta qui iuvar
ent strenuam et fortem darent operam missi
sunt in castra. Dicit etiam orosius
et valerius · libro · septimo · concordat · quod ·
iunius etiam dictator antiquum roma
ne miserie factum recolens scilicet fa
ctum romuli · qui asillum construxit pro
supplimento novi exercitus edicto velud
asilo patefacto homines qui sceleribus
ac debitis obnoxii erant impunitate pro
missa militie ascripsit quorum numerus
ad sex milia fuit virorum. Sciendum est
quod secundum titum livium · libro · tertio ·
de secundo bello punico · T · Graccus
legiones pro magna parte habebat volonum

qui servi existentes militabant et mili
tia strennua libertatez meruerunt ¶ Et
Jusca dedicata sunt templis et cetera
Narrat orosius illud idem de armis te
mplis et etiam titus livius ¶ Et insu
tunc etiam stipendiis ret hoc sciendum quod
licet statim post cladem canensem suppleret
deffectus erarii idest pecunie publice
ut patet per orosium . libro . quarto . Est (margin: Erarium)
autem erarium locus ubi pecunia pu
blica reponitur ¶ Tamen illud de quo loq
uitur hic beatus Augustinus contigit post
interfectionem duorum scipionum in hysp
ania scilicet anno nono belli punici se
cundi . Nam tunc secundum orosium ex
auctoritate consulum . scilicet claudii mar
celli et vallerii levini aurum argentum que
signatum ad questores omnes senatores
pallam in erarium contullerunt ita ut
nichil preter anullos singulos bullasque
sibi ac filiis . Et deinde pro filias et uxo
res tantum auri singulas uncias et
argenti non plus quam singulas . libras
relinquerent titus vero livius de secundo
bello punico . libro . sexto . narrat quod cum
pro supplemento remigum pro navibus
deessent tam homines quam pecunia
¶ Valerius levinus consul consilium dedit (margin: Consilium Valerij levinij)
cum patres quid agendum foret hesit
arent in hunc modum r sicut magistra
tus preibit honore senatum et senatus
populo sic convenit ut ducem se exhibeat
ad omnia subeundum ¶ Igitur si volu
mus quod persone privatae remiges exhi
beant r primo imperemus nobis met
ipsis omnes ergo senatores conferamus
cras in publicum aurum et argentum
ita ut quilibet relinquat sibi anullos
et coniugi et liberis et filio bullam et
quibus uxor sit vel filie singulas reli
nquant oncias auri qui curuli sella sed
erunt ad reddenda iuditia relinquat
sibi equi ornamenta de argento et tot

libras quod possint habere deorum ymaginem et
patellam ad libamina sacrificiorum ¶ Ceteri
senatores . libram argenti tantum unam
sibi relinquant et eris signati quinque
millia in singulas patres familias . sicque
factum est approbantibus omnibus hoc cons
ilium cantiima pecunie allatum est ut
triumviorum officium erat pecuniam
recipere et receptam scribere ad hoc non
sufficerent ¶ Est autem bulla quodam orn (margin: Bulla)
amentum nobillium puerorum ¶ Solebant
enim bullas aureas quasdam rotundas
ad modum bullarum que magna erumperunt
per corrigiam a collo dependentes portare

Sed in hys omnibus et cetera Capitulum . xx .
belli ret In hoc capitulo vigessimo
tractat beatus Augustinus de
quodam mallo . quod substinuerunt rom
ani in annis suis tempore secundi belli
punici vel parum ante ¶ Nam si incip
iamus secundum bellum punicum ab eo
tempore quo hanibal cepit bellare contra
romanos directe tunc mallum de quo
hic loquitur Augustinus precessit bel
lum punicum secundum et fuit eius occ
asio et tunc dicemus quod bellum pun
icum incepit anno ab urbe condita quinge
ntesimo trigessimoquarto . Si vero incip
iamus computare annos huius belli
ab eo tempore quo hanibal incepit pug
nare contra romanos directe vel indir
recte sicut Augustinus hic computat tunc
accidit mallum hoc primo anno bello pu
nici idest anno ab urbe condita quingent
esimo trigesimo . quarto . quia eo anno .
secundum orosium pugnavit contra sagunti
nos amicos romanorum ¶ Facit autem
beatus Augustinus in hoc capitulo duo
¶ primo enim predictum mallum describ
it et secundo ibi . hic aliquid agerent
et cetera gteadeos . propter hoc malum
uchit ¶ Fuit autem hoc malum
destructio sagunti ¶ Fuit autem saguntum

ciuitas quedam potentissima in hyspania sita
in confinio imperij affricani imperio non su
biecta sed tantum romanorum socia et amica.
Sciens hanibal quod fide posset habere oc
casionem pugnandi contra romanos quia si
saguntum obsideretur uel expugnaretur
romani succurrerent ut eos defenderent
uel vindicarent ideo prius contra saguntum
quam contra romanos se mouit ideo occasion
em contra romanos pugnandi quesiuit ne
uideretur pacem inter romanos et cartagi
nenses post primum bellum punicum factam
per fidem violare ut patet per titum liuium
de bello punico libro primo qui etiam na
rrat quod hanibal primo impugnauit
ciuitates vicinas sagunto que non erant
de societate et confederatione romanorum que
rendo occasionem expugnandi saguntum
Cum uero primo saguntinos conflictos et
in ciuitatem refugientes obsideret legatio
romanorum ad se missis ut ab obsidione rec
ederet illusit dicens se rebus belicis contra
hostes intentum non posse ipsos audire. Infe
cto igitur legati cartaginem conquerentes
frustra defendere pacis iam rupto. Inde
romam redeunt. Sed itero dum sic
terunt tempus saguntum euersum est
et destructum in maximum improperium
romanorum qui in talli necessitate non
succurrerunt ut debebant socijs et ami
cis. Saguntini uero prius quam ciuitas
caperetur tantum cruciabantur fame quod
suorum mortuorum cadaueribus pascebant.
Et cum nulles quidem hanibalis ami
cus sagitinorum nolens saltem uitam ciui
um saluare promitteret eis uitam et locum
alium ubi possent sibi ciuitatem construere
dum tamen saguntum haniballi cum omni
auro et argento ipsorum redderent ipsi
tempore deliberationis accepto rogum max
imum in medio ciuitatis accenderunt. Et
primo in eum omne aurum suum et argen
tum cum omni reliqua suppelectili piecerunt

et postea cessis uxoribus et liberis se in
ygnem unanimiter precipitauerunt. Et
infra hic aliquid agerent etc. hic inuehit
Augustinus contra eos qui erant mediat
ores societatis firmare inter romanos et
saguntinos per quos iuratum fuerat ad
firmandam societatem illam et ideo si
potuissent debuerunt saguntinos deffende.
Vocat autem hic Augustinus deos illos
helluones idest uoraces seu insatiabillis
nebullones idest gulosos et glutones quia
non potuerunt sacrificijs eis oblatis saciari
quia semper plura et plura a suis cultor
ibus expectabant. Et infra si ipsi dij
tempestate etc. Hic sciendum quod sicut
narrat Orosius libro quarto decimo anno
postquam hanibal in ytaliam venit Fu
rio fulmo et sulpitio consulibus hanibal
de campania mouit exercitum et per uiam
latinam profectus et amenem fluuium
tribus miliaribus ab urbe consedit in credi
billi totius ciuitatis metu et tam matone
panore amentes per propugnacula curre
rent. Primeque pro muris gestirent
pugnare hanibal cum expeditis equitibus
usque ad portam collinam accessit. Deinde
exercitum omnem suum in aciem direxit.
Sed et consules detrectauerunt pugnam.
Sed ubi acies utriusque partis exposite
constiterunt tantus scilicet subito imber n
ubibus grandine mixtus effudit. Ut
turbata agmina uix armis retentis
in sua se castra reciperent. Deinde
reddita serenitate cum in campum atque aciem
reddissent exercitus rursus violentior
fusa tempestas magna eos terruit et
territos in tentoria reddire coegit.
Tunc conuersus in religionem hanibal
dixisse fertur. Potiende sibi rome modo
uoluntatem modo potestatem non dari
silicet quando potuit puta statim post
stragem canensem non habuit potestatem
romani obtinendi. Hac ystoria narrat

[...]cio hanibal
legatos romanorum

[...]e constantia sagutinorum

titus liuius de secundo bello punico. libro sexto.
Istas uero tempestates que Anibalem cogerunt
ab incepto desistere ascripserunt romani dijs
suis quasi haberent in potestate sua temp
estates inmittere quando vellent, quod si ita
esset, dicit Augustinus quod multo magis
debuerant terruisse hanniballem quando
impugnauit sanguntinos ¶ Et infra
nisi quod de illo regullo et cetera ¶ De ipso
dictum fuit supra in libro isto capitulo xv
et in libro primo capitulo quintodecimo.

p Porro inter secundum ¶ capitulum xxi
et postremum et cetera. In hoc
capitulo vigesimoprimo tractat
beatus Augustinus de mallis que romani
passi sunt post secundum bellum punic
um finitum. Et primo obicit dijs fal
sis malla que passi sunt romani inter
secundum bellum punicum et tertium
inter que duo bella fluxerunt secundum
orosium anni circiter quinquaginta ¶
Secundo ibi sed ultimo bello et cetera o
obicit eis malla que passi sunt post
tertium bellum punicum quando salustium
optimis moribus et cetera hec dicit sal
ustrius in ystorijs romanorum quas scrip
sit ¶ Et infra scipio ille Rome ad in
tellectum huius partis sciendum est quod multi
fuerunt scipiones ualde famosi quorum
duo fratres erant. scilicet publius corne
lius scipio consul romanorum primo anno
secundi belli punici ¶ Et alter scilicet
Gneyus scipio qui fuit dux romanorum
in hyspania contra magonem ducem penorum
quem vicit et cepit. ¶ Ambo uero
isti ab Asdrubale fratre hanibalis post
modum in hyspania interfecti sunt.
¶ Erant uero et alij duo scipiones filij
predicti publij cornelij scipionis. quorum
vnus dictus publius scipio afficanus
quia hanibalem finaliter vicit et affrica
m debelauit ¶ Alter uero dictus est
Lutius scipio asiaticus quia asiam minorem

vicit et de ea triumphauit ¶ Primus istorum duorum
dictus est afficanus superior ¶ Erat autem
nepos huius qui in tertio bello punico affri
cam vicit et cartaginem deleuit ¶ Dictus
est etiam afficanus sed posterior ¶ Preter
istos erat scipio nasica qui secundum titum liu
ium fuit filius Gneyi scipionis supradicti
¶ Et de ipso dictum est supra libro primo c
xxx. loquitur uero Augustinus in proposito de
scipione afficano priore. ipse enim romam
et ytaliam saluauit finaliter in secundo
bello punico. Nam hanibale adhuc ytaliam
pugnante, ipse traicit exercitum in affricam
ubi occisis in locis diuersis magna multi
tudine affrorum tantum Cartaginenses te
rruit et oppressit. ut necessitate ducti
hanniballem cum suo exercitu in deffensione
sui de ytalia reuocarent qui flens reli
quid ytaliam et veniens in affricam col
loquium scipionis petit. ¶ Et cum prius
occurrisset se duo attoniti admiratione mut
ua duo clarissimi principes suspexissent
tractatum pacis habuerunt sed infecto
pacis negotio pugnatum est et victus est
hanibal interfectis cartaginensibus plusquam
xx milibus ¶ Deinde fugiens venit carta
ginem persuasitque senatui ut pacem peteret
quia nulla spes alia super erat ¶ Pax
vero per scipionem de voluntate senatus
populique romani concessa est. Naues tamen
plusquam quingente in altum mare producte in
conspectu ciuitatis cartaginis incense sunt
¶ Et infra cuius ab adolescentia et cetera ¶ Quantum ad illud quod hic tangitur. narrat
titus liuius de secundo bello punico libro
sexto. quod ex quo iste scipio pueritiam excessit
nullo die egit rem aliquam publicam vel
priuatam antequam iret in capitolium. Post
ionis templum ingressusque templum. consideret
ibi et quandoque teneret tempus in secreto
¶ Hic mos seruatus per totam vitam seu consulto
seu temere fidem de se fecit et opinio vul
gata fuit ipsum esse filium scipio diuine stir

Scipionibus

de colloquio scipio
et hanibalis

de scipione affrica

istis etiam cum dicto tito liuio concordat ag
elius libro . sexto et dicunt etiam quod de
olimpiade filippi regis vxore alexandri
matre in ystoria greca scriptum est de dr
acone cum ea cubante . idest Joue amone
in specie draconis propter quod filium Jouis
amonis se credidit . illud de publij scipionis
quoque matre qui prior affricanus dictus
est memorie datum est . Nam qui de vita
et rebus affricani scripserunt matrem eius
diu sterilem existimatam tradunt . et publium
quoque scipionem cum quo nupta erat lib
eros desperauisse . Postea in cubiculo at
que in lecto absente marito sola cuba
ret obdormienti sibi repente iuxta eam
cubare ingentem anguem eumque hijs
qui viderant territis ac clamantibus clap
sum inueniri non posse et ipsum publium
scipionem . scilicet maritum ad aruspices
retulisse qui facto sacrificio responderunt
fore impossibile ut liberi nascerentur . vn
de et mulier cito post concepit hunc scip
ionem affricanum ipsi etiam idem scriptores
litteris mandauerunt hunc scipionem
solitum priusquam dilucesseret in capitolium
venire ac iubere aperiri cellam Jouis .
atque ibi solitarium diu morari . quasi
consultantem de re publica cum Joue edi
tuos . quoque idest custodes eius templi se
pe admirasse quod solum eo tempore cum capitolium
ingrederetur canes qui in alios seuiebant
neque latrauerunt contra eum nec eum
incurrerunt . Et infra inimicorum accusa
tionibus . Narrat quantum ad exilium
scipionis . Orosius . libro . quarto . quod sub
consulibus marco claudio et quinto fabio
ab vrbe ingrata sibi diu exulans morbo
perijt . Eutropius . libro . quarto . dicit
quod diu exulans apud linternum morbo per
ijt eodem anno quo hanibal cum videret
a prusia rege bithinie ad quam fugerat
se romanis tradendum uenenum bibens ne
viuus romanis traderetur mortuus est

Valerius autem libro . quinto capitulo de in
gratis . dicit quod romani eius clarissima opera
iniurijs pensabant . idest recompensabant .
Nam ciuitas ignobilis et deserte paludis cum
accollam fecerunt eiusque voluntarij exilij
acerbitatem non tacitus ad inferos tullit
sepulcro enim suo sic inscripsit ingrata pa
tria ne ossa quidem mea habes . cineres
ei suos negauit scilicet rome quam in cineres
collabi passus non est . Dicit autem valerius
suum exilium fuisse voluntarium quia videns
malitiam accusantium qui eum de quadam
summa pecunie accusabant et sepius in
putabant quam debuerat erario reddi
disse ut dicebant de qua loquitur vale
rius . libro . tertio . capitulo . septimo . Vnde
secundum ipsum cum quadam vice de ea in
peteretur respondit . nec enim puto eo ma
lignitatis uentum ut de mea innocentia
querendum sit . Nam cum affricam tota
potestati nostre subiecerim uel in ea quod
meum diceretur preter cognomen retulli .
Non me igitur punice non fratrem meum
asiatice gaze auarum reddiderunt . sed vter
que nostrum magis inuidia quam pecu
nia locupletior est . Videns ergo et accusa
ntium malitiam et ingratitudinem eorum in
dignatus sponte de vrbe recessit . sic nar
rat . titus . liuius . de bello macedonico . libro
viij . circa finem de cuius etiam sepultura
dicit etiam ibidem sic multa in scipionis
morte funere sepulcro in diuerso trahunt
idest multa quo ad ista tria diuersimode
scripserunt auctores uel narrauerunt
homines ut eius fame absentia non habeat
et Nam alij qui dicunt eum eo anno mortuo
quo mortuus est rome delatum . Alij vero
eum linterenis et mortuum et sepultum . Nam
in vtroque loco monumenta ostenduntur et statue .
Nam linterni monumentum est monumento quod
statua imposita fuit quam tempestate deiectam
nuper ipsi vidimus rome et extra portam capenam in scipi
onum monumento tres statue fuit quarum due

De exilio scipionis affricani per romanos

publij et lutij scipionum dicuntur. l3.a viij
poete hec extito. livio. Et infra deinde tur
primum et scilicet post mortem affricani vel
post secundum bellum punicum utroque enim
de gallo grecis
modo verum est quod hic dicitur. Et est sciend
um quod gallo greci sunt illi quos apostolus
gallatas vocat. fuerunt filij gallorum qui
usque in greciam persserunt et ibi reman
serunt de quibus Justinus. libro. xxiiij.
multa scribit. Est autem gallo grecia
seu gallatia provincia quedam asie min
oris secundum ysidorum. et ideo huius
luxuriam. idest luxum delitiarum. vocat hic
Augustinus luxuriam asiaticam. Fuit
enim axia minor tante luxurie. idest.
luxui delitiarum dedita quod ipsa multas ge
ntes corrupit sui imittatione. Unde
dicit valerius. libro ij. capitulo primo quod spertana
civitas. idest lacedomonia ligurgi legibus
obtemperans aliquamdiu occulos civium ad
contemplandam retraxit asiam. ne illecebris
eius capti ad delicatius vite genus pla
luxuria asiatica
rentur. audierat enim inde letitiam et
immoderatos sumptus et omnia non neces
sarie voluptatis genera fluxisse. Quantum
vero ad illud quod tangit hic Augustinus de
ista luxuria romam introducta. dicit
valerius. libro. ix. capitulo primo sic. urbi autem
nostre secundi belli punici finis et phillippus
macedonie rex. devictus licentioris vite
fiduciam dedit. unde titus livius. de
bello macedonico libro. viij. loquens. de exe
rcitu manlij vulsconis qui gallogrecos
idest gallatas. subiugavit. dicit sic.
Luxurie peregrine origo. ab asiatico
exercitu invenenta est. Inde primum
lectos eratos vestem stragulatam pretiosam
plagula et alia testilia et que tunc mag
nifice supellectillis habebantur monop
odia et abachos romam advexerunt tunc
saltrie sambustriceque convivia alia ludorum
oblectamenta addita epulis. Epuleque ipse
et cura et sumptu maiore apparari cepte

Tunc coquus antiquis mancipium et estimat
ione et usu in pretio esse et que ars non sterum
fuerat ars haberi cepta est. Vix tamen
illa que tunc conspiciebantur semina erant
future luxurie. hoc titus livius. Vocat autem
hic Augustinus lectos eratos de auratos
vel partim aureos. Nam secundum hug.
nomine eris intelligitur aurum et omne
metallum. ab ere autem secundum eundem
stragulata v[este]
dicitur eratus. Stragula autem vocat
vestes diversorum colorum. psaltria vocat inst
rumenta musica. Et infra sed nunc de
hijs mallis et cetera. Intentio Augustini in
hoc. libro. est loqui de mallis pene non de
mallis culpe. ideo excusat se a prosecutione
corporum que concernunt predictam luxuriam
quam homo patitur non intollerabilliter
sed libenter tamen occasionem habuit loq
uendi de predicta luxuria propter verba
salustij. Et infra lata est illa lex vo
de lege voconia
conia et cetera. sic vocata est illa lex. ab eius
auctore qui voconius dictus est que in
qua fuit et gravis. quia secundum eam.
si quis haberet tantum unicam filiam
et non plures liberos illa filia non succed
eret in hereditate. quod videtur iniq
uum valde in personis privatis. Quamvis
rationabillis esse posset in personis publicis
sicut regibus et principibus. cuius leg
is iniquitas patet ex filiabus saphaat
numeri. xvij. que cum peterent succedere pa
tri qui absque masculina prole decessit.
respondit dominus. iustam rem postulant
saphaat. hanc. vero. legem. voconiam suasit
cato. scilicet esse forius in oratione qua
dam. sicut dicit Agelius libro. sexto.
Et de hoc dicit titus livius libro xj. ab
urbe condita. quod voconius saxa tribu
nus plebis. legem illam tullit suasit vo
illam marcus cato. cuius de hoc extat
oratio. Agellius vero. libro. xxij. de
hac lege sic dicit quid utilius. plebis
scito voconio de coherendis mulier

bellis romanorum

hereditatibz. beatus autem Gregorius libro xxxv°. moruz dicit usus. uite ueteris non habebat ut hereditatem femine inter mascu los sortirentur quia legis sequentis fortia elli gens infirma contempnens districta potius studuit quam benigna sanctire. ¶ Et insfra bellis tantum modo etc. hic sciendum quod post secundum bellum punicum finitum continuo sequutum est bellum macedonicum primum contra philippum regem macedonie non quidem fillippuz patrem Alexandri magni qui diu ante mortuus fuit ¶ sed contra philipuz aliuz qui in secundo bello punico hanniballi contra romanos promisit auxilluz, quo deuicto et quo ad philippum. bello macedonico primo finito secutum est bellum siriacum contra antiocum regem sirie ¶ et eo deuicto. sequutum est, bellum merito secundum orosium inter bella maxime refferendum. scilicet macedonicum secundum contra perseum filium philippi regis macedonum supradicti. patre suo. deffuncto deuicto autem perseo et capto secutum est bellum contra celtiberos in hyspania romanis nimis terribille talis metus eorum ita romanos inuasit et non esset aliquis qui milles uel legatus auderet ire in hyspaniam nisi quod publius scipio qui postmodum dictus est affricanus posterior se ad eundem ultro obtulit ueniens autem in hyspaniam maximaz gentiuz stragem fecit ¶ Sequtuz est quam. tertiuz bellum punicuz. preter dicta quinque bella que famosa et notabilia fuerunt, habuerunt etiam romani inter secundum et tertiuz belluz punicuz bella alia cum diuersis gentibz multa. scilicet bellum etholicum histricum gallogrecum illiricum et macedonicuz tertium, sed omnia fuerunt longe ab urbe ¶ Et insfra domi ante mile sunt alias etc. mile. idest ualde multe sicut iam patet. scilicet in scipione affricano superiore et idem etiam. in fratre suo scipione asiatico. qui etiam sicut narrat valerius. libro. v°. deuicta asia et populo romano adiecto tam

quam fur pecunie publice. idest reus peculatus in carcerem duci missus est, non enim talia potuissent inferri tantis uiris, sine magnis, et multis discordiis in ciuitate. ¶ Et infra sed ultimo bello punico etc. ultimuz bellum punicuz fuit tertiuz, de quo narrat orosius. libro. quarto. quod anno ab urbe condita sexcentesimo secundo. lutio. censorino, et marco manlio consulibus, tertiuz bellum punicuz exortum est ¶ Cum enim censeret senatus cartaginem delendam profecti in affricam. consules. et scipio. tunc tribunus militum prope uticam castra tenuerunt ubi cartaginenssibus ad se uocatis iussisque ut arma, et naues traderent tanta uix armorum repente tradita est ut facille ex hiis tota affrica armari potuisset armis uero suis iam traditis iussi sunt ab urbe relicta recedere procul a mari decem milibz passuuz tunc dolorem ad desperationem contullerunt, at deffenssuri ciuitatem ¶ aut cum ipsa sepeliendi, duos ergo hasdruballes sibi duces erant, et arma facere agressi sunt eris ferrique inopiaz auro et argento suppleuerunt ¶ Consules oppugnare cartaginem statuunt, cuius muri xxx milia passuum amplectabantur in medio uero eius arx erat birse uocata, que plusquam duo millia passuuz tenebat, consules igitur quamuis aliquam muri partem diruissent tamen a cartaginensibz uicti, et repulsi sunt quos fugientes scipio deffendit repulsis cartaginensibus intra muros, qui consules insequebantur. ¶ Quatuor tamen annis deffenssa est. ciuitas contra romanos ¶ postmoduz uero. iiij°. anno. huius belli. scilicet ab urbe condita. sexcentesimo sexto. idest. l^mo. post secundum punicuz, publius scipio dellere cartaginem molitus dum continuis vj diebz et vj noctibz pugnatur ¶ ultima desperatio cartaginenses ad deditionem traxit petentes ut eam saltem eis sinere heret. ¶ Quibzdam igitur corporibus ciuitatem

egredientibus. Quibusdam vero se sponte igne
pereuntibus quibusdam et quibusdam vero
se de alto precipitantibus capta est civitas
et incensa. Arsit vero decem septem diebus
continuis. Diruta est autem cartago omni
mirabili lapide in pulverem comminuto
septigentesimo anno postquam condita erat.
Causam vero quare romani tantum
exarserunt contra cartaginem. ista tertia
vice. dicit orosius se nullam quamvis dillige
nter quereret invenisse et ideo dicit causam
non ex iniuria cartaginensium sed ex inco
nstantia. torpere sentium romanorum certam
esse. Tamen de causis illius belli dixi. s.
libro primo capitulo xxx. Et infra. ac deinde
tantis mallorum etc. Loquitur hic de mallis
culpe potius quam de mallis pene. ut patet
in littera quamvis utraque malla sint sequ
ta. Quod vero hic dicit Augustinus. dixit
etiam metellus in senatu. ut narrat valle
rius. libro. septimo. capitulo ii. videlicet de securi
tate quam habuit roma post victoriam de
hamballe et mallis ex securitate illa sequtis.
De ista vero materia. dictum est supra.
libro. primo. capitulo. 30. Et infra hoc toto tempore etc.
textus Augustini est hic obscurus aliquan
tulum quantum ad constructionem gramaticale.
Nam quod hic dicit hoc toto tempore. usque ad
cessarem Augustum habet coniungi cum eo quod
infra dicitur bellicas clades etc. et quia
multa interposuit de cesare Augusto ideo
illud tempus de quo incipit loqui repetit sic di
cens toto ergo illo tempore obmitto. ex alijs etc.
ut sit ordo constructionis et intellectus Aug
ustini iste bellicas. clades etiam atque etiam
.i. frequenter ex alijs atque alijs causis hoc toto
tempore. s. a cartagine dellecta. usque ad ces
arem Augustum. idest octavianum supple
factas omitto qui. silicet cessar Augustus
videtur omnino extorsisse idest vi demorum
abstulisse. romanis libertatem non ad huc. idest
usque ad finem temporis vel ipsorum. silicet rom
anorum oppinionem gloriosam non enim est

oppinio romanorum aut fuit quod eorum libertas
gloriosa fuerit usque ad tempus cessaris Aug
usti sed potius oppinabantur eam fuisse
contemptiosam et contiosam et plene iam
enervem aut enerverunt languidam silicet
propter bella civilia que in tantum nocuerunt
rei publice quod inter cives nec fuit amicitia
nec iustitia. Et cesar Augustus videtur
etiam ad regalle arbitrium contra revocasse.
et quasi morbida vetustate collapsa de
lluti restaurasse ac renovasse rem publi
cam. Ad intellectum vero pleniorem habe
ndum de istis sciendum quod romanis po
stquam expulerunt reges et inceperunt re
gi per duos consules videbatur se habuisse
magnam libertatem sed post delectione car
taginis tam horrenda insurrexerunt et
tot bella civilia de quibus supra. libro. sedo.
dictum fuit. Et infra libro. isto. dicitur quod
consules et magistratus ellecti a populo non po
tuerunt exequi offitium suum vel si exequeba
ntur hec fiebant partialiter et tyramp
nice ita quod libertas eorum fuit quasi nulla
ista vero malla durabant usque ad illud
tempus cesaris. idest octoviani exclusive
qui silicet devicto. Antonio ipse obtinuit
monarchiam. idest solus regnavit ita quod
suo tempore romana res publica regebatur
per unum regem. sicut a principio urbis con
dite. usque ad expulsionem tarquinii super
bi septimi regis romanorum. Et licet iullius
cesar prius usurpaverit monarchiam
quam cessar Augustus. tamen quia iullius
non obtinuit eam pacifice ideo Augustinus
de ipso non facit mentionem. Cesare Augusto
regnante vixit roma. in maxima pace.
et tranquilitate ac iustitia propter quod vid
etur enim rem publicam in staurasse et
renovasse. Et infra ac Numantinum
fedus. silicet omitto. quia non exprimit
ipse Augustinus in speciali. nec etiam insistit
circa hoc sed ipse in transitu quodam tangit
quo ad Numantinos qui hyspani fuerunt

de Numantinis

mantino consule

tangit hic Augustinus duo. Primum est
de afflictione qua romanos afflixerant
et federe quodam turpi romanorum de quibus
narrat. orosius. libro. quinto. quod ulti
mum bellum punicum mantinus consul rom
anus cum exercitu a pompilio apud num
antiam accepisset adeo in feliciter eis pha
gessit ut suppremam despatione coactus
sit turpissimum fedus cum Numantin
is facere quamuis et pompeyus iam ali
ud infame eque fedus cum eisdem pepigiss
et Senatus uero fedus dissoluit et
mantinum dedit numantinis precepit que
nudato corpore manibusque post tergum
ligatus ante portas numantinorum exposi
tus et ibi sic usque ad noctem manens
a suis derelictus ab hostibus uero non sus
ceptus est hec autem ciuitas solla ut
dicit orosius. per. quatuordecim annos.
cum solis quattuor milibus suorum quadra
ginta milia romanorum non solum substi
nuit sed etiam dicit pudenchis quia
federibus affecit Et idem dicit florus
in epithomate. libro. secundo. Secundo
tangit hic Augustinus de quodam augurio
mallo ipsi martino de quo non facit Aug
ustinus mentionem. sed vallerius. libro.
primo caplo. quarto. narrat quod matino
consulli in hyspaniam stolitur hec prodigia
acciderunt cum enim lanium sacrifficare
vellet pulli cauea emissi in proximam silu
am effugerunt summaque dilligentia quesiti
reperiri non potuerunt. Cum uero
a portu herculis nauem conscenderet tallis
uox. sine ullo auctore audita est matie
mane cum igitur territus ianuam petet
uerso itinere et ibi scapham esset ingres
sus anguis eximie magnitudinis uisus
subito disparuit ergo prodigiorum numero
numerum calamitatum equauit. silicet in
felici pugna turpi federe deditione funesta
silicet derelictus a suis expositus et deditus
est numantinis. Cum ergo fuerint ta

de Auguriis mantini

prodigia secundum valerium beatus Aug
ustinus solum faciens mentionem de primo
derridet eos qui talibus auguriis credunt
et titus liuius. libro. quinquagessimo
quinto solum facit mentionem de duobus
prodigiis primis. Et est sciendum quod
augurius qui ex inspectione uolatus et
motus et uocis auium solebant diuin
are habebant pullos auium caueis in
clusos et quasi domesticas quos quan
doque de caueis suis eiusfecerunt vel hostium
caruee aperuerunt ut exire possent et
secundum quod exiebant uel non exiebat
Et si exiebant quod secundum citius vel
tardius et etiam secundum quod auolabat
vel non et si auolabant secundum quod
reuertebantur secundum citius uel tard
ius indicabant de euentu futuro ei
qui augurem consulebat. Notandum est
etiam hic quod Augustinus innuit quod
licet alii duces romani malle pugnaue
runt contra numantinos tamen de
nullo eorum tradunt ystorie romanorum
quod habuit mallum augurium nisi de
isto et ideo fatuum est quod dicunt de
mallo augurio facto mantino consuli.

Quamuis illud. Capitulum xxii.
nequaquam tacuerim etc. In hoc cap
itulo vigessimosecundo obicit
beatus Augustinus diis romanorum
quodam mallum notabille. quod post
ultimum bellum punicum romanos mu
ltum afflixit. silicet bellum mittridaticum
silicet romanorum contra mittridatem
regem. cuius solum modo edictum beatus
Augustinus hic satis clare narrat
de quo etiam narrat orosius. libro.
sexto. causam. edicti. dicens quod mittrid
ates rex ponti atque armenie postquam
incomedem regem bitinie que silicet
est quedam pars asie. amicum populi
romani regno. priuare. uellet mon
uit eum senatus romanus quod hec

de bellis ...
...libus

non faceret mandans ei quod si faceret bellum
experirentur a romanis sibi inferendum.
Unde vehementer iratus bitiniam rustauit
et nicomedem inde expullit post cum uenis-
set ephesum crudelli precepit edicto ut
per totam asiam inuenti ciues romanorum
quicumque essent omnes uno die trucida-
rentur quod et factum est ne explicari
aut apprehendi ullo modo potest que tunc
multitudo romanorum ciuium cessa sit uel
gemitus intunc tam occidendorum quam occide-
ntium fuerit cum singulli quique aut proderent
innocentes hospites et amicos aut periclitari
ipsi pena hostium cogerentur. Postea bella-
tum est contra eum a romanis et quadrag-
inta annis secundum orosium durauit bellum.
Et idem dicit entropius. Justinus uero
libro xxxvij° dicit quod per xlvj annos
uarias victorias gessit cum tamen contra
summos imperatores romanorum bellauerit.
¶ Et infra non habent isti in hac causa
scilicet in hoc quod xpiani angustia eadem puniunt

Sed iam illa malla ¶ capitulum xxiij
breuiter etc. In hoc capitulo xxiij°
obicit beatus Augustinus contra
deos romanorum malla quedam grauissima
intestina. Et facit in hoc capitulo duo. primo
primo enim illa malla in generalli commemo-
rat. Secundo ibi Itamque antequam se
aduersus romam sociale etc. ¶ Prodigia que
malla illa precesserant explicat. Tangit
autem tercia malla id est tercia bella grauissima
intestina scilicet ciuille sociale et seruille.
¶ De bellis ciuilibus dictum est secundo libro
secundo et amplius dicetur hic primo
capitulo et sequentibus. ¶ Quantum uero
ad bellum sociale sciendum est quod bellum
sociale dicitur bellum quod gesserunt romani
contra latinos qui non erant ciues romani
sed socij. Itamen quamuis subiecti essent ro-
manis tamen romani eos socios suos
in imperio uocauerunt. ¶ De isto bello
narrat orosius libro v° quod anno ab urbe

De bellis ciuilibus

condita sexcentesimo lx° uidelicet Julio
cesare et lutio marco qui et phillippus
secundum entropium dictus est consulibus drusius
tribunus plebis latinos omnes spe liberta-
tis illectos cum non potuisset expleri quod
volebat in arma excitauit. Igitur picentes
uestini marci peligni marrusini samnites
lucani gayum seruium pretorem legatum
ad se missum a senatu apud esculum
occiderunt statimque clausa ciuitate
omnes ciues romanos iugulauit et
sic dicit orosius continuo consequitur
ista prodigia que beatus Augustinus
hic clare ponit. ¶ Sequitur est ergo
bellum crudelissimum quod habuit plura
multa ualde in quibus duo consules rom-
anorum videlicet rutillus et porcius cato
occisi sunt secundum entropium et quinque quidem
vicerunt latini quinque romani interfectis
ex utraque parte multis milibus. Itamen
cum bella ciuilia et socialia fere eodem
tempore essent quia uix dum expleto bello
socialli orta sunt bella ciuilia dicit en-
tropius libro v. quod bellum ciuille et
socialle quod etiam italicum dictum est per x
annos continuata sunt. ¶ Consumpserunt
autem ultra c·L· milia hominum scilicet
romanorum secundum orosium uiros consulares
xxiiij uiros pretorios vij edilicios lx
senatores fere ducentos. Id etiam dicit
orosius addens quod tot ut premissum
est interfecti sunt absque innumeris totius
ytalie populis qui passim sine considerat-
ione delecti sunt. ¶ De bello uero ciuili
dicetur infra capitulo xxvij° huius libri.
Et infra socialle latinum id est latinum.

Italium autem ciuilium ¶ capitulum xxiiij°
mallorum etc. In hoc capitulo xxiiij°
incipit obicere beatus Augustinus
contra deos romanorum malla ciuilia et
tractat in hoc capitulo de quadam seditione in
urbe subscitata per tribunos plebis scilicet
duos gracos qui fuerunt fratres plebis

successiue non simul fuerunt tribuni ple
bis ¶ hanc autem seditionem · dicit hic
Augustinus fuisse initium malorum ciuilium
non quia fuerit causa bellorum ciuilium
que postmodum sequebantur sed quia
inter mala ciuilia, et discensiones ciuium
de quibus in hoc loco incipit agere ista sedi
tio · fuit prior tempore et cito · post eam exci
tatam sequebantur bella ciuilia que quasi
romani contra ciues gesserunt ¶ Ad intel
lectum uero eorum que hic dicuntur notada
sunt ea que · libro · secundo · caplo · xxj · de
ista seditione graccorum narraui ¶ Est autem
hic sciendum · quod quamuis isti gracci causam pro
se et populo iustam contra nobilles pretenderet
tamen minus seditiose, et ad peiorem fi
nem quam pretendebant negotium agebant
et ideo sicut narrat vallerius · libro · vij ·
caplo · ijo · senatus prudenter tiberium
graccum tribunum plebis agrariam lege
id est de distributione et diuisione agrorum pro
mulgare ausum morte multauit et ip
sum · legem eius, ut per trium viros agri
viriti · i · secundum partiones virilles diu
ideretur cessit · si quidem grauissime se
ditionis eodem tempore, et auctorem, et causam
sustulit, volebant enim agros diuidere et
hoc sciendum quod captis hostium ciuitati
bus et expulsis aut interfectis ciuibus uel
agris et possessionibus alio modo · primatis
nobilles sepe agros illos sibi retinuer
unt quod uidebatur plebe iniquum, et
iniustum quod sanguine et labore militum
qui pro maiori parte de plebe erant fu
erunt agri talles acquisiti propter quod
uolebat plebis agros tales inter se diui
di et distribui nobilles uero hoc nolebat
vnde sepissime post regum expulsionem
orta est propter hoc discensio · inter patre
es et plebem ut patet per legenti titum liuium
de urbis origine · a pro · lio et ultra et
iusta post gracci alterius interfectionem
lucius oppinius etc. · de q. · narrat orosi⁹

· libro · 5 · quod oppinius consul de supra · libro ·
secundo · cao · 2 · fecit mentionem sicut in
bello contra amicos gracci fortis fuit ita
in inquisitione crudelis · Nam plusquam
tria milia hominum suppliciis necauit
¶ · Ex quibus plurimi · nec dicta causa · i · non
audita in iudicio innocentes interfecti sunt
Et sicut narrat valerius · libro · ix · cao ·
· 4o · oppinius · consul caput gaij gracci aquodam
familiari ipsius gracci auro equali pon
dere · emptum · et pallo · affixum fecit per
urbem ferri et Et insera occisus est cum
liberis marcus fuluius etc. · dicit orosius
libro · quinto · quod graccus cum fuluio ingenti
agmine stipatus capitolium ascendit · ubi
contio agitabatur · i · ubi · erant patres congreg
ati ad tractandum et consulendum de
negotiis et dato · signo · ad bellum · Iste
fuluius quem orosius flaccum fuluium
appellat duobus filiis suis armatis cunc
tis · Iamque tiquam arcem occupauit ubi contra
decium brutum virum consularem obstinatissime
pugnauit et postmodum uero cum uno filiorum
suorum fugiens in quandam domum cum fo
res clausissent fracto pariete interfecti
sunt Alter etiam filius eiusdem adole
scens postmodum robore · i · fuste vel
ligno necatus est · ¶ Caplm xxv ..

O Leganti sane senatus consulto etc. ·
In h. cao · xxv · reprobat btus Augustinus
factum senatus quodam rom
Nam uolens imponere finem discordiis
intestinus statuit quod in loco ubi fuerit
strages ciuium facta in seditione graccorum
fieret templum dee concordie ut · l · dea
concordia redduceret ciues ad concordiam
et in concordia teneret istud factum pro
rerida · btus Augustinus et loquitur
yronice · d · elegantissime · h · fecisse senatus consulto
¶ deinde ibi · cum · n · si rebus gestis etc
istud factum romanis reprobat ostendens quod
magis debuissent fecisse templum disco
rdie quam concordie et · h · ondit p · q · i facto ·

diuisione patrum
et plebis

romanorum quod fuit oracio construendi nouum templum
magis apparuit discordia quam concordia / et quia
posset dici quod discordia dea aliquid prestat aug(ustinus)
quod sic quia secundum labeonem aliqui sunt dij
mali et aliqui boni et videtur supposisse etiam hoc
dicendi quia videbant rome templum febr
is sicut templum sospitatis et templum salutis
sic etiam videbat templum bellone sicut tem
plum pacis unde videbat templa dearum ist
se contrariarum ergo eodem modo cum concordia /
et discordia sint contrarie ita debet discordia
concedi dea sicut concordia ¶ de ista distinctione
deorum quam facit labeo dixi libro · 2° · ca(pitulo)
xj · de dea etiam febre · dixi · s(upra) · lib(ro) · 2° · ca(pitulo)
xiiij° · ¶ deinde ibi periculose itaque romani
etc. ponit aliam rationem ad probandum · quod rom
ani debebant fecisse edem dee discordie
et facit rationem in derisionem romanorum
· d(icens) · quod si tanta dea sicut est discordia esset
offensa ciuitati multum potest nocere ciui
tati sicut patuit in excidio troie nam
ira illius dee fuit prima causa excidij troi
ani et quod expedisset romanis quod fecissent
sibi templum ¶ Tangit uero hic Aug(ustinus) · fabulam
quoddam quam narrat helinandus · s(cilicet) ·
quod · Jup(iter) · cum thetidem amaret prohibitus
est a prometheo quod contraheret quia ipsum a
regno expelleret Jupiter persuasus dedit
eam uxorem peleo qui fuit in peloponeso
rex · ¶ Frater autem esonis patruus
Jasonis illorum nuptijs interfuit cum omnibus
dijs et deabus excepta discordia que prohib
ita est adesse que iacta pomum aureum
in medio trium dearum · s(cilicet) · Junonis palla
dis et veneris fecit sic inscriptum pu
lcerime domini / Ille de forme pulcritudine
contendentes Jouem Judicem ellegerunt
qui eas ad paridem · s(cilicet) · ad allexandrum
filium priami transmissit qui venerem
alijs prefecit ¶ Expeleo autem et tethide ach
illes natus est ¶ Sciendum est autem · quod
secundum fulgentium per has tres deas · intellexerunt
poete tres vitas · s(cilicet) · per venerem vitam volu
ptuosam / per Junonem vitam actiuam que
iacta pomum aureum in medio trium dearum
iecit · s(cilicet) · Junonis palladis et veneris sic insc
riptum pulcerime domini · Ille de forme pul
critudine contendentes Jouem Judicem elle
gerunt qui eas ad paridem · s(cilicet) · Alexandrum
filium priami transmisit qui venerem alijs p
fecit · Expelleo autem et tethide achiles natus
est ¶ Sciendum est autem quod secundum fulgentium
per has tres deas intellexerunt poete tres vitas
· s(cilicet) · per venerem vitam voluptuosam per Junonem
vitam actiuam per palladem vitam contemplatiuam
· Jo(uis) · uero Jupiter inter eas dicit noluisse
Judicare · sed Judicium paridi · comisisse · quia
deus reliquid arbitrio hominis ut ipse quam
istarum voluerit alijs preferat paris uero
pretulit venerem · unde rapuit helenam uxorem
menelai ¶ Alia uero fabula de ista
materia conficta est quam posui · supra · li(bro) · j · c(apitulo) · iij ·
¶ Et infra tamen minimum bonorum malorumque
etc. hic ostendit Aug(ustinus) · efficaciam rationum suarum
quod cultores bonorum deorum et mallorum sine
comississent colere deas predictas · s(cilicet) · concordiam
et discordiam et preposuerint eis febrem deam
febrem et bellonam deam · s(cilicet) · bellorum de istis
enim duabus non est dubium quin ab eis
collantur et habuerunt templa sua in roma
sine etiam deas concordiam et discordiam colue
rint non possunt euadere conclusionem que oritur
ex dea concordia et discordia utrum · s(cilicet) · utre
aque · colli debeat quia si non collantur utraque
sed unam tantum · s(cilicet) · concordiam ostensum est quod hec
sit recolle · Si uero collant utraque ad hunc
non euadunt · quia ex quo utraque colluntur non
deberes concordia ab ipsis discedere et discor
dia remanere cuius oppositum patuit in effectu
Illam discordia post constructionem noui templi
perduxit romanos usque ad bella ciuilia Ca(pitulum) 26.

Preclarum uero seditionis obstaculum
etc. In hoc ca(pitulo) · xxvj · ostendit Aug(ustinus) · quod
constructio edis concordie fuit inutilis · nec consec
utus est senatus ex ea quod intendebat · / ·
Intendebat enim quod edisilia fuisset seditionis

Fabulla

Expo

Expositio

futur obstaculuz .i. impendimentu. vnde iudicauerunt eam tamquam teste necis graccor .i. punitionis eorum qui seditiones comouerat gtionantibus .i. aloquentibz ppli obiecere ut scilicet metu pcederetis pene caueret a seditionibz. Aug9 vero in hoc. quod dicit illud obstaculuz pclaruz loquitur yronice qr eniz nō fuerit pclaruz nec vtille pbat ex hoc. qr post gstructioēz illius edis sequnte sunt discordie plures et dissensiones ciuium quam ante fuerant. Et infra lucius saturninus tribunus etc. de isto lucio saturnino et gaio iulio ptore qui etiā dictus est gayus glauca narrat orosi9. li. v. qr ano ab vrbe gdita sexcentesīo. xlv. s. post interfectioēz utriusqz gracci nā interfectio posterioris gracci fuit ano sexcentesimo xxxii. lucius. saturnin9 quinto metelo inuiudo viro sane primario acerrim9 inimic9 ipz creatū censorez de domo sua protractuz et in capitoliū fugiente ibidē obsedit cū manu armata. Sz saturnini indignatioē equitū romanoꝝ inde deiectus est et plurima ante capitoliū cedes facta. postmodū saturninus et gaius glauca fraude gaii marii tunc gsulis. idest de gsilio eius anonimū qui tribunatuz petiit eodez tpre quo saturninus occiderunt. Sequenti anno marius vi. consul creatus est gai9 glauca pretor et saturninus tribunus plebis qui tres gspirauerunt g9 metelū supradictuz ut in exiliū mitteret omī modo dicta est ergo sibi dies ī q̄ā scilz. se deffēderet g9 accusatores suos a iudicibz qui erat de gspiratione et p scelus damnat9 est ī exiliū cū totius vrbis dolore. Qz de saturninus postea timens qr memus inuiger et integer gsul fieret orta seditione eū fugientez insequnt9 inffte. Cum autē p tot malis senatus et ppls fremerent. marius gsul totam turbationē sedauit. deinde saturnin9 contione suaz in domo sua hiut vbi ab aliis rege ab aliis imperator applat9 est. Sup quo mari9 indignatus g9 ipz pluiz fieri ordinauit et mario portas muniente saturnin9. a marianis pulsus accapitoliuz gfugit belliū deinde in aditu capitolii horriduz factuz ē. Saturnin9 vero pallam clamabat mariuz fuisse auctorez omniuz molimonū suaꝝ. Cum autem saturnin9 ī curiam gfugisset effractis hostiis ibi interfectus est gaius vero glauca extractus de domo claudii occisus ē. De marco druso qui gcitauit latinos ad rebellanduz et fuit inceptor belli socialis dixi supra lib°. isto. c°. xxiii. fuit autez uir marie supbie. Naz sic narrat vali9. li. viii. c. v. ipe gsullē romanoꝝ luciuz philippuz quia ipz gtionantem interrupat obtorta gulla pclientē suū nō p publicuz mistruz tanta violēciā et carcerē ut sanguis mlt9 de naribz eius flueret. Alia vero uice cū senat9 misisset ad eū ut ad curiā veniret gsiuit quare nō potius ipi venirent ad euz quod et fecerunt. dic. autem Aug9. hic. qr ipe fuit diu post saturnini et gayuz iuliuz. Nam ipi vt dictz est supra fecerunt seditionez ano v ab vrbe gdita sexcentesimoxlv. drusus vero belli socialis inceptor fuit anno sexcentesimo lix°. et sic interuenerunt ani xiiii°. de bellis at socialibz. dixi. supra c. xxiii. Et infra belluz deinde seruile et bella ciuilia etc. hic sciendū qr lz bella ciuilia fm. oro°. li. vii. durauerint xl. annis tamen belluz vnū ciuille bz inter syllam et mariū de quo in sequentibz capitulis tractat precessit bellū seruile vnū. s. qr gesserunt gladiatores. sunt aut gladiatores qui in spectaculis adinuicez vel cū bestiis pugnant tamen belluz seruille quod fuit in cicilia precessit bella ciuilia ut pz. p orosiuz. li°. v°. Quantuz vero ad belluz seruille quod mouerunt gladiatores narrat valleri9.

.li. v.o q anno ab urbe condita vj.c mo lx. xix.
lucullo. et cassio consulibus gladiatores lxiiij.
capue effracto ut dicit Eutropius ludo quem
secundum orosium lentulus ibi celebrauit diffugerunt
qui statim constitutis sibi tribus ducibus .s. spartaco
trace .i. de tracia et duobus gallis .s. crisso
et [illegible] montem vesubium occupauerunt
inde non erumpentes castra pretoris .s. clodii
qui eos in monte obsiderat expugnauerunt
et ipso fugato omnia rapuerunt [illegible]
[illegible] tamen unus ducum ibi interfectus fuit in bello.
alii duo postmodum in breui tempore sibi agmi
na ingentia collegerunt ita ut crissus qui
gallus erat haberet x. milia. alter uero dux .s.
spartatus qui fuit de tracia haberet xxx. milia.
deinde cum cedibus incendiis rapinis et
stupris omnia implerent ita ut mulieres
alique violate seipsas occiderent: missi sunt
contra eos Gelius et lentulus consules cum exercitu.
Gelius uero crissum acerrime pugnantem op
pressit. Lentulus uero superatus a spartato
fugit. postmodum ambo consules contra sparta
cum simul pugnauerunt. et accepta graui
clade fugierunt. postmodum spartatus
gayum Cassium proconsule in bello occidit.
Tantus ergo metus urbem inuadit quantus
sub hanniballe inuasit. Senatus tandem
crassum cum legionibus consulem et cum nouo
supplemento militum contra spartatum mi
sit qui mox ut fugitiuorum pugnam
iniit sex milia eorum occidit. et nongentos
cepit. postmodum uero priusquam spartatum
bello aggrederetur auxiliatores eius gallos
et germanos superauit occisis eorum ducibus
cum aliis xxx. milibus. Nouissime autem contra
spartacum disposita acie pugnans xl. milia
de suis occidit et sex milia cepit ipso spa
rtato interfecto ceteri uero qui fugerunt dilig
enter per diuersos duces quesiti occisi sunt
durauit hoc bellum secundum Eutropium tribus
annis cum [illegible] calamitatibus ytalie finem
non accepit in apulia. de hoc bello expressius
loquitur ipse Aug. li. iiij. c. v. fuerant

De gelio et
Lentulo

de crasso
consulle

dicti gladiatores secundum [illegible] Istud autem bellum uocat
orosius fugitiuorum Aug. uero uocat seruile
quia fugitiui dicuntur solummodo secundum quod dominos suos
fugiunt. Nam et filius qui suis patrem suum fug
iat non dicitur fugitiuus de bello non seruili
quod macedoniam depopulauit narrat oro
sius. libro. v. quod anno ab urbe condita vj.c mo
lxxiij. claudius .s. appius sortitus bellum
macedonicum uarias gentes que rodopeis montibus
circumfuse sunt .i. que habitauerunt in circuitu
eorum ad loca illa fugientes secundum Eutropium
.li. vj. et lacedemoniam crudelissime populabant
pellere de macedonia iussus est mag
nisque malorum molibus se obiecit. unde curis
circumseptus insuper et infirmus interiit cui succe
ssit Scribonius qui gentium illarum dedignas
uires ad arma [illegible] secundum Eutropium po
stmodum a lucullo expugnate sunt. Gentes
uero ille tam crudelles in captiuos erant ut c
um poculis idest uasis ad bibendum indige
rent rapacis humanorum capitum ossibus cru
entis et adhuc capillatis ac non dum bene
excocto cerebro sine horrore tamquam ue
ris poculis uterentur. Hoc bellum uocat
Aug. seruille quia populi subiecti erant romanis
et cum esset indignissimi quasi seruos ha
bebantur de bello uero isto patet quod fuerit bellum
gladiatorum vj. annis respicio ad annos in
quibus contingerunt super expressos. de bello uero
seruili quodam in sicilia narrat orosius
li. v. quod in sicilia iam interfecto Graccho uno
orta est belli seruilis contagio. Nam in sicilia
piso consul mamertium opidum expugnauit
ubi viij. milia fugitiuorum interfecit eos uero autem
capere potuit patibullo affixit cui succedens
rutillius consul Tauromenium [illegible] fir
missima fugitiuorum refugia bello cepit
et ibi plusquam xx. milia seruorum. perenduz
autem domus eorum fuisset nisi insolescentibus
seruis ferro obuiam iretur. hec autem conta
gio. multas late interfecit ciuitates Nam
et minturnis. cccc l. in cruces acti et in iuste
ad. viij. milia seruorum a quinto metello et Gneo

de monte el[...]
appij

Crudelitas ho[...]
camina

silio scipione oppressa sunt. In metelis quasi atheniensium idem tumultus silulis ab eodem ptore discussus est. Idem apud delon contigit. discordat tamen orosius ab augustino quo ad tpus quia secundum orosium istud bellum fuit ante bellum sille in macedonia. Augustinus videtur senti re quod fuerit post illud. De bello uero piratarum narrat eutropius .li. vj.° quod durante adhuc bello mitridatico pirate omnia maria infestabant ita ut romanis toto orbe victo ribus solla navigatio tuta non esset quod bel lum contra eos Gneio pompeyo decretum est. quod intra paucos menses ingenti felicitate et celeritate finiuit.

¶ Capitulum xxvij

Cum non marius ciuili sanguine etc. In hoc .c. xxvij ostendit beatus Augustinus quod constructio edis concordie de qua in xxv. c. dictum est fuit omnino inutilis per discordias que apparuerunt in bello ciuilli silano .i. sille contra marium et ostendit in hoc ca. magnitudine discor diarum illarum per malla que gesta sunt mario preualente in urbe. Ad intelligentiam uero huius capituli dilligenter notanda sunt ea que supra .li. ij. c. xxij. de silla et maio narraui. Ut verbis tulianis .i. tullij qui in invectiva tercia in catilinam dicit quod superauit per eam cinna cum mario .s. post fugam quia postquam fugerat reuersus est roma et cinna consuli scelerati sceleri coniunctus est. et fecerunt crudelissima ut ego .li. ij. c. xxij. narraui. Dicit autem Augustinus cinna cum maio superasse non quia superauit sillam qui absens tunc erat sed quia superauit sil lanos .i. sille adherentes quos repperit.

¶ Et ipse ait et lucanus .s. li. ij. verum post primum ubi premittit inmediate sic dumque ni mis iam putrida membra recidit et stati subsidit excessit medecina modum hec. dicit lucanus quia dicit silla propter crudelitatem marij qui totam rem publicam peste corrupat fuit rogatus a senatu ut roma ueniret ad saluandum patriam et rem publicam et ideo

uenit sic medicus ad infirmum portans ferrum ad secandum. sed si medicus se cat membrum sanum iam medicina excedit modum et sic fecit silla interficiendo indiffe renter nocentes et inocentes. et ideo addit lucanus. Nimiumque secuta est qua morbi duxere manus .i. manus secans nimis est secuta per viam per quam duxere morbi quia persequendo mortos .i. nocentes vel scelera nimis precipitantur et indeliberate et ita non discernendo inocentes a nocentibus. Et addit lucanus periere nocentes. Sed cum iam solli possent superesse nocentes. hoc dicit lucanus quia iam propter crudelitatem sille et sibi adherentium omnes sillani effecti sunt nocentes. ¶ Solli autem sillani .i. sille ad herentes poterant superesse quia omnis ali os noluit sufficere imo et multos etiam partis sue interfecit secundum orosium. Et sic dicit valerius .li. ix. etiam adversus mulieres gla dios distrixit. et sic dicit lucanus tunc suis dabatur licentia occidendi dominos et filio patrem et cuilibet licentia occidendi quem volebant. ¶ Et infra caput octauij consulis poneretur in rostris. Rostra fuer at quidam locus in urbe ubi forum erat .s. in campo marcio qui rostris nauium ornatus quas romani ceperant quibus locus ille ornatus fuit et que etiam ibi affixa erant insignium victoriarum sic dictus est. fuit autem secundum valerium .li. ix. c. v. prope locum curia hostilia .s. curia ubi tribu ni plebis habuerunt concionem plebis et tractatus suos cum plebe. principalis uero curia .s. patrum fuit in capitolio. idem autem locus qui dicitur rostra aliquando uocatur prorostra. Ibi ergo tamquam in loco multum frequentato positum fuit caput octauij consulis. ut a multis uideretur. fuerat autem secundum orosium .li. v. octauius consul cum cinna. sed cinna fouit partem marij quam octauius detestabatur propter quod cum sertorio qui erat marianus octauius.

adiuncto sibi genero pompeio consiluit. ut
supra .ij. c. xxv. dixi. Fuit autem octavius
interfectus quia ipso devicto cum suo exercitu
et marcello depulso cinna et marius
in urbem recepti sunt. secundum titum livium
caput eius pro rostris expositum ut narrat
florus in epithomate li. iij. ¶ Et infra cesar et fimbria etc. de isto cesare dicit
valerius li. viiij. c. ij. quod marci gaij cesaris
consullaris et censorij viri nobilissimum
corpus ignobilli servicia trucidando. aput
sediciosissimi et abiectissimi hominis
cuiusdam bustum .i. sepulcrum. Iste autem
cesar non fuit ille magnus cesar
qui postmodum fuit imperator. Nam iste
dictus est sextus jullius cessar
et fuerat eo tempore quo primo incepit
bellum socialle. Alius autem dictus
est gaius jullius cessar ¶ Quantum
vero ad fimbriam sciendum est quod unus
erat fimbria qui erat de parte marij
de quo dixi supra libro isto c. viij. de quo
lucanus li. ij. dicit Truncos laceravit
fimbria crassos et de isto narrat oro
sius li. vj. quod aput tiatiram cum ab exercitu sille obsideretur et desperaret in templo
esculapij se ipsum occidit. alter vero erat
fimbria de parte sille de quo hic fit
mentio et de quo numquam alibi legi ¶ Et
que duo crassi pater et filius etc. de
isto narrat lucanus li. ij. quod interfecti
fuerunt a fimbria qui fuit de parte
marij. quos occisos fecit lacerari dicit autem
hic lucanus Truncos .i. truchatos .
laceravit fimbria crassos de his nar
rat orosius florus in abreviatione
titi livij sic Crassus filius ab equitibus
fimbrie occisus est. pater crassus
hequid indignum virtute sua pateretur
gladio se transfixit in epithomathe
vero. narrat idem florus li. iij. dicens sic
In penatibus domorum suarum trucidatur
crassus pater et filius in mutuo alter alterius

conspectu ¶ Et infra bebius et Numitorius.
inito etc. de bebio facit lucanus li. ij. menti
onem sic dicens. cum funera vulgi flere
nequit .s. ex quo satis venit flere funera
tam nobillium et exemplificat statim sic di
cens. vix te sparsum per viscera bebi innumeras
inter carpentis membra corone discerp
sisse. manus .i. mix. nequit flere istud.
¶ Et infra catulus hausto etc. narrat
vallerius li. ix. c. xij. quod quintus catulus
cimbrici triumphi cum mario particeps
senatu datus. idest. qui secundum eutrop
ium fuerat consul cum mario quando marius
cymbros et theutonicos vicit postea
propter civiles dissensiones ab eodem mario
mori iussus .i. interfici statim calce et
multo igne percalefacto cubiclo se ipsum in
clusum peremit. Fuit autem alius catulus
dictus sillanus de quo eutropius li. v. in fine
facit mentionem quem lepidus marianus
persecutus est post mortem marij Sed de illo non
facit hic lucanus mentionem sed infra .c. xxx.
de catulo vero de quo hic loquitur et duobus
viris supra inmediate nominatis florus in
epithomathe li. iij. dicit sic. bebium atque
numitorium per medium forum unci traxere
carnificum Catulus ignis haustu ludib
rio hostium se exemit ¶ Et infra merula
flamen de isto sic narrat vallerius li. ix
c. xij. Ea tempestitate lucius cornelius
merula consullaris et flamendialis
ne ludibrio insolentissimus victoribus
esset in Jovis sacrario venis incisis con
tumeliose mortis cerfugit denunciationem
sacerdotisque sui sanguine vetustissimi
foci madduerunt ¶ Et infra In ipsis autem
marij occulis etc. de hoc dicit luc
anus li. ij. sic minima pars magna
perit et cito post addit consessimo
salutis oscula pollutae fuisse trementia
dextre .s. marij de quo hic loquitur de
hoc florus. In epithomate li. iij. dicit
sic Anchareus. ipso vidente mario confossus

de fimbria

de bebio

de catullo

de merula

Lucanus

est q̃ fatalem illam manū nō porrexerit salutanti ⁊ addit hec tot senatus vulnera funera inter k(a)l(end)as et ydus ianuarij mensis septima illa marij purpura idest ꝯsulat(us) dedit quid futurū fuit si annū ꝯsulatus implesset // hec flor(us). mortuus fuit mar(ius). s(ecundu)m titū liuiū ydib(us) ianuarij. ca(pitulum). xxviij.

Sillana uero victoria etc. in hoc ca(pitulo). xxviij obijcit aug(ustinus) ꝯ romanos q̃ ꝯstruxerunt eadē ꝯcordie malla discordiarū que apparuerūt in bello ciuili sillano ip(s)o silla de grecia in ytaliam redeūte. et p(ri)mo tangit malla que facta sunt p(er) marianos occ(asi)one illius redditus po(st)q(uam) ibi silla victor e(st) tangit malla que facta sunt p(er) silla ⁊ sibi adherentes post eius redditū. Ad intellectū uo(ro) hui(us) capli sic et p(re)cedentis diligent(er) notanda sunt ea que de mario ⁊ silla narraui sup(ra) li(bro). ij. c(apitulo). xxij. & narratio uo(ro) ibi p(ate)t q(uod) silla p(ri)mus intrauit vrbem ⁊ bis pugnauit ꝯtra marianos. in p(ri)ma pugna fugauit marium patrē qui fuerat sexies ꝯsul et septimū ꝯsulatū ambiuit quem uocat hic aug(ustinus) marium maiorem. ⁊ s(ecun)do uo(ro) pugnauit fuit post mortem isti(us) marij. Nam fugato isto mario / silla iuit in greciam ꝯtra antiodatem et dū esset absens ab ytalia redijt p(re)dictus marius, et exercuit crudelitates maximas p(ro)pter quas redijt silla i(n) ytalia(m) s(ed) an(te)q(uam) rediret mortuus est iste mari(us). morte nāli. et tunc silla bellauit ꝯtra marium filium p(re)dicti marij quē marium filium vocat hic aug(ustinus). marium iuuenē et bellauit i(n) ꝯtra alios marianos qui s(ecundu)m partem marij fuerant. et i(n)numerabiles crudelitates exercuit nō solū dū vinceret resistentes sibi sed etiam postq(uam) obtinu erat victoriam. ut dic(it) h(ic) aug(ustinus). i(n) p(ri)n(cipio). hui(us) capli i(n) g(e)n(er)ali. et postmodū i(n) isto eodem caplo. exemplificat in sp(eci)ali dic(it) autem in p(ri)n(cipio) hui(us) capli. sic. sillana uō victoria sequuta. s(cilicet). p(ost)q(uam) fera crudelia marij que sequuta fuerat nō solū tp(or)e s(ed) i(n) imitatione hui(us) videlicet vindex crudelitatis. s(cilicet). mariane post tantū sanguinē ciuiū quo fuso fuerat ꝯparata .i. empta. Nā multū sanguinē ciuiū fudit an(te)q(uam) h(ab)eret p(er)fectā victoriā ut p(ate)t ex dictis sup(ra) li(bro). ij. c(apitulo). xxij. finito iam bello inimicitijs uiuentib(us). l(icet) enim parte mariana deuicta belliū non esset tamē multi adhuc erant sup(er)stites de p(ar)te illa ꝯtra quos et sillā adhuc inꝑat inimicitia. crudelius in pace grassata e(st). s(cilicet). victoria sillana quia crudelius se h(ab)uit post victoriā q(uam) ante. et io(deo). dic(it) valeri(us) li(bro). viij(o). q(uod) i(n) exercendo victorias reprtauit haniballē. Nam hanibal crudel(ita)t(e). usus est victorijs. ¶ Et infra. Nam l(ice)t post marij maioris etc. loquit(ur) de tp(or)e quo senatus fugerat ad sillam ꝯtra marium. fuerunt enim mari(us) viuens & carbo. absente silla fc(t)i ꝯsules et multa crudelia exercuerunt p(re)cipue post fugam senatus. Remanserunt tamē aliqui de senatu. vnd(e). orosi(us). li(bro). v. sex narrat occisos auctoritate sua dicens: damasipp(us). p(re)tor incentore mario ꝯsulle quintū scenolā carbonē lucium domiciū publiū antestiū in curiam q(ua)si ad ꝯsultandū uocatos crudelissime occidit p(ro)pter quod dic(it) h(ic) aug(ustinus). q(uod) de ipa curia tamq(uam) de carcere p(ro)ducebantur ad gladium quorum corpora s(ecundu)m. orosiū uero tracta sunt et in tyberim p(ro)iecta. patet autē ex dictis q(uod) duo erant carbones vir(i). qui erat ꝯsul de p(ar)te sillana qui hic narratur int(er)fect(us). de int(er)fectione uō alterius va(lerius) li(bro). li(bro). viij. ix. c(apitulo). xiij. narrat q(uod) i(n) ꝯsulatu suo tertio iussu pompei i(n) siciliā ad suppliciū ductus petijt a militib(us) demisse. idest humil(ite)r et flebil(ite)r vt aluum suum p(ri)us purgare poss(et) q(uam) expiraret ut sic. diuti(us) vitā p(ro)longaret i(n) purgan(do) uō aluum morā traxit donec caput ei(us). i(n) sordido loco sedentis abscinderet

Sed orosius . li. v. dic. q pompeius q
erat sillan⁹. carbonē uolente de corsica
fugere in egiptū ad se i sicaliam refert
ubi eum cum alijs socijs suis occidit
¶ Et infra muti⁹ scenola pontifex. de
isto scenola narrat valleri⁹. lib⁹. ix. c.
.xi. q sibi pro sanctitate mor̄ digna
laudatio reddi nō posset tum fimbria
.s. marian⁹. laboravit ad hoc q necare
tur in funere marij .s. pris gñe
sibi uulnus infligens de quo tamē post
modum gualuit quo cōpto dixit fimb-
ria se velle scenolam accusare et cū
interrogaret quid de eo sanct̄ⁱⁿ. dictul eēt
rndit se sibi uelle obijcere q nimis
parce tellum in suo corpore suscepisset
postmodum tamē int̄fect⁹ est sic hic
narrat Aug⁹. cui concordat lucan⁹. li.
ij. sic dicens ante ipm penetrale .i.
anteriorem et secretum locum edis . dee
.i. veste semp q̄ calentes mactavere
focos prorimum sed fessa senec⁹ sanguinis
effudit iugulo flammisq̄ pepercit . idest
in hoc q ipe iam fessus senectute par
sanguinis fudit pepcit tamen iugulo q̄
flamis . qa nō fedavit multo sanguine
Flor⁹ in abreviatione titi liuij dic.
sic . l. damasipus ptor ex voluntate
.g. marij c̄sulis cū senatū cōtraxisset
omnesq̄ in urbe erat nobillitatem truci
davit ex cuius nō . q . mutius scen-
ola pontiffex maximus fugiens in
uestibulo edis ueste occisus est .
de vesta autem et virginibz que semp
ignem in templo suo nutriebat . dixi
sup. li. ij. c. xxviij. ¶ Et infra silla
victor intravit ref de crudelitatibus
sille quas hic tangit Aug⁹. narrat
valleri⁹. li. ix. c. ij. viz. q crudeliter
totam urbem et omnis ytalie partes
cīl sanguinis fluminibz inundavit quatuor
.n. legiones contrarie ptis fidem suam
secutas .i. cōfidentes de impunitate quā eis
promisāt in pub. villa que i marcio campo
erat frustra misericordiam implorantes
occidi iussit lacerata ferro corpora i
tiberim sunt piecta . v. m. pnestinor
spe salutis eis data ex menia municipij
evocata cū reiectis armis se humi pstra-
ssent interfici et eor̄ corpora per agros
dispgi fecit . q uatuor m. et septigentos
dire pscriptiōis edicto iugulatos i tabulas
publicas retulit ut haberet meoria hui⁹
facti . de alijs etiam crudelitatibz dixi sup.
li. ij. c. xxij. Quantū ad tabulā vero
de qua hic loquit Aug⁹. narrat orosius .
li. ij. q postq̄ quintus catullus reprehen
derat Silla de nimia int̄fectione Silla
lucio forsidio autore i fame tabulā pscri
ptionis induxit . prima pscriptio . lxxx .
hominum fuit in quibz quatuor c̄sillares
erant .i. qui fuerant c̄sulles vel digni
c̄sulatu .s. carbo . mari⁹. et gaius . mari⁹.
ut patet p valiū . li. iij. c. viij. Norba-
nus et scipio et inter eos Sertorius
tunc maxime timendus . Idem alia
pscriptio cū quingentis hominibz pposita
est . quam cū lullius nihil sibi c̄scius lege
ret et nomē suū inter alios videns fuge
opto capite voluisset int̄fectus est . Sed
nec ipis tabl. fides ac finis videbat nam
alios quos nō pscripsāt trucidabant . Ali
os vero primo occiderunt et postea pscri
psunt unde p3 . q d nūo pscriptor̄ diver
sitas est apud scriptores . Nam Aug⁹. poit
duo . m. valli⁹ dicit q̄tuor m. septingentos
orosius vō . i univsō poit quingentos et
lxxx. causa vō huius diversitatis dicet i scpiti
cā⁹. ¶ Et infra quendam enim sine ferro
laniatum manus ref . iste fuit bebius .
marianus qui sm florum in epytome . li.
iij. sic ferro int̄ manus laceratus est forte
quia bebius silanus sic tractatus fuerat
ut p3 ex lucano . fo. sillam bebium
marianum eodem modo laceraverunt qui in
indicium mortis alterius ¶ Et infra alium

de scenola

de crudelitate Sille

de tabula pscriptionis

no

oculis effosis etc. Iste sic occisus fuit mar
cus marius ut patet ex narratis supra. li.
.ij. c. xxij. quem lucanus. li. ij. describit mis
erabiliter interfectum ¶ Et infra vastate sunt
etiam tamquam ville. quedam nobilles civitates
due fuerunt civitates in yspania que per sillanos
quia fuerat marianus et postmodum metisan
rianis fortiter restiterunt sito. s. bello contra
sertorium de quo. s. c. xxx. fuit initio destructe
sunt secundum orosium li. v. quarum una appellata
oxumam pompeius evertit altam dictam ca
laguere affranius obsidione diutina captam
incendio delevit ¶ Et infra una vero
velut unus reus etc. Ista fuit preneste secundum

de preneste

lucanum. qui li. ij. dic sic vidit fortuna co
lonos prenestina suos cunctos simul ense rec
eptos de hoc dicit florus in abreviatione titulum
ij. sic. Silla totam ytaliam cedibus replevit
inter quas omnis prenestinos inermes occidi
iussit. Item florus in epytoma idem narrat

de Sulmone

de sulmone. civitate antiqua cuius cives
interfectis iussit civitatem dampnatam deleri.
Causa vero quare prenestinos occidit fuit quia
sicut narrat orosius in civitate prenestina
tenuit se marius minor contra sillam et
civitas illa parte eius fovit ¶ Cap. xxviij.

Que rabies exterarum gentium etc.
In hoc capitulo. xxviij. comparat Augustinus
malla civilia romanorum ad malla gentia osten
dens quod graviora fuerunt malla que
passi sunt a propriis civibus quam que umquam passi
sunt ab extraneis Namque plus nocuerunt urbi
urbi ante tempora vel temporibus Augustini fu
erunt galli et goti isti enim ceperunt et intra
verunt urbem et fecerunt malla que volebant
Numquam vero alij hostes extranei urbem cepe
runt ante tempora Augustini preter gallos
et gothos. Sed plus nocuerunt civibus romanis
Sillam et mariam quam illi. ut Augustinus ondit
Quo modo vero galli obtinuerint civitatem narravi

de morte senatorum

supra. li. ij. c. xxij. Quomodo vero interfecerunt
senatores narrat titus livius de urbis
origine. li. v. videlicet. quod instante adventu gallorum
cum romani desperarent se posse civitatem deffendere
ordinaverunt quod iuventus robusta esset in arce cap
itolij ad eius deffensionem seniores vero rem
anerent in domibus. Senatores vero quando erant
apti ad bellum induebant se cultioribus vestibus
unusquisque decentia sue maiestatis et sedebat sic
singulli in domibus suis expectantes gallorum
adventum venientes ergo galli circuibant et
interfecerunt illos quos armatos invenerunt
obvios Intrantes vero domos et intuentes spetie
ntes cum viderent senes reverende maie
statis tamquam deos venerabantur eos et recesserunt
Erat autem unus senex romanus nomine
marcus papirius quem cum gallus quidam
tractaret barbam suam indignatus baculo
quem habebat percussit fortissimo ictu in capi
te gallum illum propter quod galli commoti primo
papirium et deinde alios senatores occide
runt Cum vero galli diu obsedissent
capitolium tandem recesserunt obsessis inita
soluta eis certa quantitate auri quam
petebant. de gloriosissimo quo urbem ceperunt
et quo perierunt ad erdias. fugientibus
ubi tamen persone quam bona earum salva
erant. et quo et missi sunt sanguine
abstinere narravi supra in primo. libri de
silla vero quomodo. bis intraverunt civitatem
et quo marium prima vice fugavit et quo
marius postmodum reddiit et quas crudel
itates utrique exercuerunt narravi. li. ij. c.
xxij. et etiam patet in li. isto. c. xxvij et
xxviij. de mutio vero scevola pontiffice quo
interfectus fuit patet precedenti. capitulo. occisus
enim fuit in templo veste in quo erant
fata romana. i. palladium et sacra palladis
que dicunt fata romanorum sicut premis erat
romani troianorum de quibus dicitur supra libro.
primo c. ij. et li. isto. c. xviij. de duabus
vero tabulis continentibus nomina proscriptorum
qui. s. sententiati erant hostes rei publice et
propter hoc erant proscripti quos licebat cuilibet
occidere impune dictum est precedenti capitulo. et
innuit hic beatus Augustinus quod erat plusquam due continebat

de Scevola

de Metello

mortes inuitabiles, et pp hoc uidentur Aug9
oro9 et Valius discordare ut dixi prec. ca.
cu tn no repugnent sibi inuicem quia de
diuersis tabulis loquntur. Capitulum xxx.

Qua igitur fronte quo corde rc
In hoc · c · xxx · intelligit btus Aug·
contra romanos qui xpianis imputant mala
sua cu tn mala eorum ciuilia fuerit multo ma
iora q aliqua que passi sunt tpibz xpianis
mala eniz illa fuerunt longe an xpi aduentu
Nam primuz belluz ciuile · sm Eutropium
fuit bellu inter mariuz et sillam · licet precess
serint alia mala mala pugnata seditio
nes gracchorum et saturnini z insurrectiones
corum cu multis alijs ut supius patuit i
hoc · li · Hoc autem belluz incepit sm · oros
iu anno ab urbe condita sexcentesimo lxij ·
Cessare uo Aug9 incepit regnare anno ab
urbe condita septingentesimo decimo cui9
anno · xlij · xpus natus est z p gns istud
belluz ciuile fuit ante natiuitatem xpi cir
citer nonagintaduobz annis l · ferre · c · an
nis · Facit aut Aug9 in hoc · ca · duo primo
n · intelligit contra romanos pp mala ciuilia
supius in hoc · li° · recitata · 2° · i · inde ad
pompeij rc recitat mala alia no soluz
ciuilia si plurima etia ciuilia · Ad bella sertorij
et catilline Isti sertorio tradidit mari9 ·
Unam partem exercitus · ut patuit · sup · li ·
ij° c · xxij · postmodum fuit a Sylla pscriptus ut
dixi supra · li · isto · c · xxviij · De quo narrat
orosius · li · v · q cum esset uir dollo atque
audatia potens Syllam fugiens de affrica ·
venit in hyspaniam et bellicosissimas gentes
In arma concitauit Aduersus quem duo duces
metelus · s · et domicius missi sunt quorum dom
ici9 ab hirtuleio sertorij duce oppressus est cu suo
exercitu · metelus multis prelijs fatigatus ho
stes z fatigabat donec pompeij castris sociat9
esset pompei cnto exercitu lauronem ciuitatem
q sertorius oppugnabat uolens deffendere
s no ualens aufugit · Sertorius capta
ciuitate crudelissime depopulatus est · Hinc
tunc pompeius · xxx · m · peditum z mille eqtes
Sertori9 autem · Lx · m · peditum et · viij · m · equitum
Sertorius deinde cum pompeio congressus · x · m ·
militum eius interfecit et ipse sertori9 fere totidem
Que cum ita sit non tribuamus etc. In hoc capitulo xxi ostendit quod licet indubitanter tenendum sit quod potestas conferendi regna sit unius veri dei qui tribuit regna quibus vult tamen causas propter quas deus sic dat ad plenum scire non possimus et facit hic duo quia primo probat quod dare regna non sit in potestate multorum deorum quos romani coluerunt, sed dei unius veri solius ibi sic et hominibus etc. Secundo ostendit quod deus in dando regna non semper respicit ad merita illorum quibus dat et ideo causa est sepe valde occulta. ¶ Et ipse qui dedit assiriis vel et persis etc. de istis regnis dictum est supra in hoc libro c. xii. ¶ Et ista a quibus duos deos colli etc. vult dicere quod persis non coluerunt illam multitudinem deorum quam coluerunt romani sed tamen duos sicut genuerunt hereticorum .i. romanorum, unum bonum et alterum malum, et in hoc sequenerunt eum manicheis qui ponunt duo principia unum bonorum omnium et aliud malorum et tamen habuerunt monarchiam et regnum. Filii iudei duum regnum non coluerunt nisi unum deum quo collatio regnorum non est multitudini deorum ascribenda, de dea vero segetia et multitudine deorum quos romani coluerunt dictum est supra li. iiii° in multis capitulis ¶ Et ipse qui mario ipse gaio cesari etc. Iste marius crudelissimus fuit ut patuit supra li. ii. c. xxii et li. iii. c. xxvii et licet non fuerit monarcha seu imperator tamen fuerat septies consul quod de nullo romanorum legitur. Gaius vero cesar qui et iulius cesar dictus est fuit mansuetissimus ut supra in hoc li. c. xii. dixi de quo etiam dicit eutropius li. vi. quod tante fuit bonitatis ut quos armis subegerat clementia magis vicerit et suetonius de ipso dicit quod erat in ulciscendo natura lenissimus et de eius clementia facit suetonius unum capitulum, iste autem fuit primus monarcha romani imperii ¶ Et ipse qui augusto ipse et Neroni. Iste augustus fuit octavianus qui iulio cesari immediate successit et xliiii annis monarchiam tenuit de quo multa supra li. iii. c. xix et li. eodem c. xxx dicta sunt de cuius moribus dicit eutropius li. vii. quod turbas similitates exercitatus est. Fuit autem mitis gratus civis animi et lepidi. Igitur mortuum senatus post id quod antea semper preter pace dixat templo tamen rome quam per urbes celebravit cunctis vulgo iactantibus utinam aut non nasceretur aut non moreretur merito quod non inmerito ex maxima parte deo similis est putatus neque enim facile ullus eo aut in bellis felicior fuit aut in pace moderatior quos et mores laudabilles suetonius diffuse prosequitur. De Nerone vero cuius omnes fere mores erant detestabiles dictum fuit supra li. isto c. xix ¶ Et ipse qui vaspasianis vel patri vel filio suavissimis imperatoribus ipse et domiciano etc. de vespasiano patre dicit eutropius li. vii. quod obscure natus est .i. non multum nobilis fuit sed tamen optimis comparandus in imperio senatoriis dextrissime gessit nec facille ante eum alicuius principis vel maior est liberalitas comperta vel iustior placidissime lenitatis ut qui maiestatis contra se reos non facile puniverit ultra exilii penam offensarum et inimicitiarum inmemor fuit convicia a causidicis et philosophis in se dicta leniter tulit // ¶ de vespasiano vero filio qui titus est appellatus enarrat Eutropius ibidem quod patri in imperio successit vir omnium virtutum genere mirabilis adeo ut amor et delicie humani generis diceretur facundissimus bellicosissimus moderatissimus in oppugnatione hyerosolimorum sub patre militans xii propugnatores xii sagittarum ictibus confixit. Rome vero tante civilitatis in imperio fuit ut nullum omnino puniret coniunctos adversum se coniuratoris dimisit et in eadem familiaritate quam ante habuit facilitatis et liberalitatis tante fuit ut cum nulli quicquam negaret et ab amicis reprehenderetur respondit nullum tristem debere ab imperatore discedere postea cum quadam die recordatus in cena fuisset nulli se illo die quicquam prestitisse dixit amici diem perdidi. ¶ de domiciano vero narrat suetonius quod ipse fuit frater titi vespasiani immortalis mansuetudinis in principio susceptis imperii et tamen cedem hominum quod etiam bonos involare destinaverat prohibuisse calumpniatores et compescuit dicens quod princeps qui delatores non

de mario

de iulio cesare

de octaviano

de vespasiano

de domiciano

castigat irritat, postmodum vero sic mutatus est quod sicut Eutropius narrat de ipso libro vii Neronis similior fuit quam patri aut avo suo ad tantam ingentia vitia progressus libidinis iracundie crudelitatis avaritie quod tamen in se odia concitavit ut merita tanta patris quam sua aboleret. Consobrinos suos nobilissimos sub forte a senatu dominum se et deum appellari iussit. Ipse etiam sic narrat Orosius libro vii ecclesiam Christi datis ubique crudelissime persecutionis edictis destruere iussus est. ¶ Et ipse quod Constantio christiano ipse apostate Iulliano etc. De Constantino narrat Orosius libro vii quod ipse xxxiiii imperator romanus primus omnium Philippo excepto christianus effectus est, et post eum omnes romani imperatores excepto Iulliano qui primo fuit christianus, et postmodum a fide apostatavit usque in presentem diem creati sunt christiani. Ipse etiam primus per edictum statuit paganorum templa claudi. De isto Constantino multa mire devotionis ad ecclesiam et clerum narrantur in hystoria tripartita, et etiam in vita beati Silvestri, et etiam distinctione 96 et 12 q. 1. De Iulliano vero apostata supra dictum fuit libro iiii c. xxix. n. et narratur diffusius ea que Augustinus de ipso hic tangit. c. xxiii.

Sic etiam tempora ipsa bellorum etc. In hoc c. xxiii. ostendit beatus Augustinus quod sicut deus occulto iudicio dat regna ita etiam dat victorias et bellis finem imponit et facit in hoc capitulo duo quia primo enumerat bella multa romanorum et clades quas in ipsis passi sunt. Secundo in libro iio commemorato etc. Concludit ex his que passi sunt in illis bellis contra eos qui mala que Roma a Gothis passa est temporibus christianis ascribunt. Circa primum non facit mentionem de bello quod gessit Pompeius magnus contra piratas de quo dictum fuit supra libro iii. c. xxvi. Facit etiam mentionem de tertio bello punico cito finito de quo dictum fuit libro iii c. xxi. De bello etiam servorum gladiatorum fugitivorum dictum est supra libro iii c. xxvi. ¶ Et ipsa picentes marsi etc. De isto bello quod fuit bellum sociale dictum fuit supra libro iii c. xxiii. ¶ Et ipsa secundi belli punici secundum etc. De isto secundo bello punico dictum fuit supra libro iii c. xix. Ubi patet quod in duobus preliis videlicet in prelio trans Thrasimenum lacum et in prelio Canensi fere lx milia romanorum occisa sunt. ¶ Et ipsa belli punici primi etc. De isto bello dictum fuit supra

libro iii c. xvii. ¶ Et ipsa belli mitridatici etc. De isto bello dictum etiam fuit supra libro iii c. xxii. Et ipsius belli samnitici etc. Hic sciendum quod samnites sicut dicit Eutropius libro ii creduntur fuisse inter picenum campaniam et apuliam cxxx miliaribus a Roma distantes. Quod autem hoc bellum inchoatum circa annum ab urbe condita cccc xii secundum Titum Livium de urbis origine libro vii. Propter quod Augustinus dicit hic bellum hoc fuisse circa vicesimum idest prima vicenia ipsius urbis in comparatione ad alia bella precipue socialia et servilia ac piraticum de quibus facit in hoc c. mentionem. Quomodo vero in hoc bello romani sub iugum missi sunt dictum fuit supra libro iii c. xvii. Quantum vero ad hoc quod Augustinus tangit de federe inito inter romanos et samnites quod romani rumperent sciendum quod cum romani inclusi essent apud Furculas Caudinas ut supra libro iii c. xvii. narratum dimissi sunt romani consules cum exercitu retentis sexcentis equitibus obsidibus. Et antequam sic dimitteret ut patet per Titum Livium de urbis origine libro viiii. miserat siquidem titus veturius et spurius postumius legatos ad pontium ducem samnitum pacem equis conditionibus petentes. Ille autem potius quam eos omnes inermes cum singulis vestibus sub iugum mitteret, et nihilominus alias conditiones pacis equas adderet ut de agro samnitum quos romani propter occupaverant et illuc coloniam miserat samnitibus restituerent et colonie abducerentur et deinde uterque populus scilicet romanus et samniticus suis propriis legibus vivere permitteret. Sub his conditionibus dicebat se velle fedus pacis inire et non aliter. Consules vero respondere se non posse sine iussu populi, et sine fetialibus idest sacerdotibus qui pactis feriendis preerant, et sine alia solemnitate cerimoniarum quam romani in federe firmando observabant fedus per eos fieri spoponderunt consules legati et questores ac tribuni militum pacem sub dictis conditionibus futuram. Cum igitur consules, et exercitus Romam redisset displicuit patribus et populo predicta sponsio, et inter se super isto consilio deliberaverunt quomodo a dicta sponsione possent absolvi. Tandem alter consulum scilicet Spurius postumius dedit consilium ut consules et omnes qui spoponderant per fetiales samnitibus dederentur cuius consilio ab omnibus approbato remissi sunt omnes sponsores et per fetiales vincti sunt pontio in deditionem oblati

de constantino

de bello samniti

Qui uehementer infideles romanorum arguens dixit spurium
postumium quo ad se ipsum egisse quod debuit sed romanum
populum non propter hoc a sponsione absolutum quia non solum debebat
sponsores remisisse sed et totum exercitum quem diminuerat
restituat id est exercitus in locum ubi sponsio facta fuit et ipse
paratum se esse dicebat exercitum arma sua restituere
et ibi hoc facto repudient conditiones pacis si eis iniqua
fuit. Alio modo nolle se dicebat sponsores in deditionem
accipere. Romani non quominus potius rationabiliter petere uidebatur
non acquieuerunt ut hoc facerent sed statim contra samnites exercitum
fortiorem electum in pluribus mittunt et ideo dicit Eutropius libro
ii. quod si fidem federis quod sibi romani seruari a subis uo-
lunt ipsi subiectis samnitibus seruassent hodie a toto non
esset aut samnio dominante seruiret titus liuius tamen
nolens romanos excusare dicit non fuisse inter romanos
et samnites fedus aliquod firmatum sed solummodo spon-
sione quod probat per hoc quod samnites retinuerunt obsides
de romanis. durauit hoc bellum secundum Eutropium per annos
xlix. secundum titum liuium non per xlvii annos ¶ Capitulum xxiii.

q Quod tamen nostra memoria etc. In hoc capitulo
commendat beatus Augustinus contra romanos quod christianis
temporibus insultauerunt ostendens quam misericorditer deus cum ipsis
egerit temporibus christianis. et facit in hoc capitulo duo. quia
primo ostendit quod misericorditer tempore persecutionis eorundem
agothis factum fuit in hoc quod ille rex gothorum qui erat
infidelis occisus est mirabiliter in urbe intrauit
facto in deum ab hiis barbaris etc. ostendit quam miseri-
corditer cum eis actum sit ab illo rege gothorum
christiano quem deus ad correptionem romanorum urbem
intrare permisit. de utroque non rege gothorum dictum
est supra in primo primi libri. ¶ Capitulum xxiiii.

n Neque enim christianos nos etc. In hoc capitulo 24
ostendit quod regnare non facit hominem
felicem nec in re nec in spe sed bene regere et imperare
felices facit saltem in spe et facit hic duo quia primo
ostendit quod regnare non facit homines felices neque ullo modo
quia hoc competit bonis et malis secundo in quibus felices eos
etc. ostendit quod regnantes bene et iuste feliciter dicimus merito

n Nam bonus deus ne homines etc. ¶ Capitulum xxv.
In hoc capitulo xxv ostendit beatus Augustinus quod
bene romanum imperium stetit sub imperatoribus christianis
ut ex hoc manifeste appareat quod in regnis consequendis et
gubernandis non est necessaria multitudo deorum. ostendit primo p-

ea que gessit constantinus christianus imperator secundo ibi c.
scilicet post sequentem ostendit idem per ea que gessit theodosius christia-
nissimus imperator. In prima non parte facit duo quia primo
describit magnam et diuturnam prosperitatem constantini
secundo ibi sed tertius ne imperator etc. reddit causam quare deus
non dat consimilem prosperitatem omnibus imperatoribus christianis
etiam iustis et bonis. Circa primum sciendum quod
secundum orosium libro vii. Constantinus fuit xxxiiii imperator
romanorum qui secundum Eutropium in britania scilicet maiori
que modo uocatur Anglia imperator creatus est cuius
gesta et prosperitates diffuse narrantur in hystoria
tripartita libro i. et libro ii. et libro 3o. ¶ Et ipsa
cum etiam condere ciuitatem etc. hoc dicit quia cum gres-
sisset siluestro pape et suis successoribus urbem ro-
manam cum toto imperio occidentali ipse transtulit
se in greciam ubi condidit id est renouauit et uehementer
auxit ciuitatem que primo bisantium uocabatur appellans
eam ex suo nomine constantinopolim id est constantini ciuitatem
quo senatores romanos secum transtulit et ibi sicut
habetur in cosmographia caput orientalis imperii uoluit
esse quam et romam nouam in memoriam romam
imperii appellauit ¶ Et ipse diu imperauit scilicet xxxi
annis secundum orosium et Eutropium uixit autem lxvii
annis et Nicomedie obiit ¶ Et ipse uniuersum
orbem romanum etc. signanter dicit Augustinus orbem romanum
quia non totus orbis semper romanis subiectus fuit
ut patet in glosa super lucam c. ii. in principio. Unde et quod dicit
in luca exiit edictum a cesare augusto ut describeretur
uniuersus orbis de orbe romanis subiecto intelligendum
est quia nec sciche nec indi augusto subiecti fuerunt
quamuis secundum Eutropium sibi munera miserunt
nec etiam ethyopes erant sibi subiecti aut unquam
fuisse sub imperio romano legitur ¶ Et ipsa in admi-
nistrandis et gerendis bellis etc. Circa hoc
dicit Eutropius libro x. quod immane in eo animi corpo-
risque uirtutes clarueruerunt militaris glorie potentissimus
fortuna in bellis prospera fuit ingentem quod etiam apud bar-
baras gentes memorie gratiam collocauit ciuilibus
artibus et studiis liberalibus deditus affectator iusti
amoris quem omnium sibi liberaliter et docili quesiuit
¶ Et ipsa in tirannis opprimendis etc. Isti tiranni
fuerunt maxentius et licinius de maxentio scribit
Eutropius libro x. quod constantinus imperii sui anno quinto

bellum ciuile gerra eum conuenit copias eius et
milites plures fidit et ipse postremo rome adiunctis
nobilles omnibus exortis seniectute uicit. Iste fuit
maxentius xpianorum seuissimus persequutor. ab quo beata
[de sancta catherina] catherina est passa martirium et erat filius maxi
miani qui cum dioclitiano imperauit. ¶ De licinio
uero qui sororem constantini desponsauit, narrat
orosius. li. vij. quod repentina rabie suscitatus omnes
xpianos e pallatio iussit expelli mox quoque bellum
inter ipsum et constantinum efferbuit. Sed constantinus
licinium in pannonia uicit postea deinde apud ciliadis
oppressit et oppressum ad deditionem coegit, et ne
iterum in perniciem rei. p. statum pristinum resumeret
priuatum eum iussit occidi fuerat autem iste licinius
[de filiis constantini] collega constantini in imperio. ¶ Et iste filios imperatores
reliquit ipse enim tres filios habuit successores in
imperio. s. constantinum minorem constantium et constantem
[de Ioviniano] ¶ Et iste Iouinianum militum catholicum et Iouinianus
iste fuit militum catholicus de quo satis habetur in istoria
tripartita. li. vij. parte prima et successit Julliano
apostate uiro pessimo et persecutori xpianorum.
De utroque uero istorum. supra. li. iij. c. xxix. dicitur est
Julianus. secundum Eutropium. li. x. imperij anno vij.
mortuus est videtur autem computare annos quibus
fuerat cesar. Nam constantius filius constantini in imperio
cesarem fecerat non tamen augustum sed post mortem constan
tij exercitus factus est Augustus et post mortem
constantij solus imperauit anno uno et mensibus viij.
secundum orosium Iouinianus uero secundum orosium viij mense
[de gratiano] sui imperij uitam finiuit ¶ Et iste gratianum
fero tirannico etc. de isto Gratiano narrat
orosius. li. vij. capitulo xl. ab augusto imperium tenuit, narrat
autem paulus dyaconus. li. xj. qui hystoriam romanorum quam
Eutropius inchoauerat continuauit incipiens ab xj. libro
illius eiusdem hystorie quod gratianus ad modum iuuenis
cum iam teneret imperium, et inextimabile multitudine hostium
romanis finibus infusa cerneret fretus xpi potentia bellum
incredibili felicitate confecit, sed cum primo cerneret exinanitam
romanorum imperio exitium instare per multitudinem gentium quas ipse imperium
insurrexerat, theodosium ab hyspania accersitum purpura
[de teodosio] indutum imperio orientis et tracie prefecit dum uero
theodosius in oriente prospere cuncta gereret quidam nomine
[de maximo] maximus uir strenuus in britania inuitus creatus

imperator qui gratianum dolis circumuentum interfecit
fratrem eius ualentinianum augustum ytalia
expullit qui in oriente ad theodosium refugiens
ab ipso paterna pietate susceptus mox imperio restitutus
est ipso maximo interfecto in ultionem gratiani occisi
et valentiniani expulsi. Et ideo dicit hic Augustinus quod
gratianum deus permisit ferro interimi prima quam
pompeium magnum deorum multorum cultorem de quo dictum
fuit supra. li. iij. c. xiij quia mors gratiani uin
dicata est per theodosium mors autem pompeij non
potuit uindicari per catonem qui tamen ab ipso pompeio
quasi heres ciuilis belli relictus fuerat. hoc pro tanto
dicit quia cum apud thesaliam pompeius a jullio cesare
uictus et fugatus esset ut supra. li. iij. c. xiij deinde
fuit ad catonem sic narrat lucanus. li. viij tamquam
ad ducem et principem suum confugerunt reliquie exercitum
pompeij quos secum cato mille nauibus impositos ducens
per mare et fugiens jullium cesarem cum ipsis in affrica
applicuit ibi circumducens eos per loca arenosa et quasi
inuia ac etiam serpentibus plena militis suorum fame siti
et estu fatigatis et serpentibus et plurimis consumptis
tanta miseria affectus est cum omnibus qui eum sequuti
fuerant quod maxima eorum parte perdita a jullio cesare
se fugisse. Ipse uero postmodum cum uenisset uticam ciuitatem
quandam afferre ne sibi cesare uinceret sic supra. li. i.
c. xxiij. deinde fuit se ipsum interfecit ¶ Et istaque
regni participem fecerat etc. uult dicere beatus Augustinus
quod gratianus theodosium fecit participem regni. i. imperij
cum tamen gratianus haberet fratrem ualentinianum paruulum
magis appetens habere fidelem socium quam nimis magnum
imperium quod habuisset si sibi et fratri totum imperium reti
nuisset fuit autem valentinianus frater gratiani
ad modum paruulus secundum paulum diaconum ¶ C. xxvj.

Verum et illum non sollum in uno etc. In hoc
c. xxvj probat Augustinus idem quod in precedenti
capitulo per ea que gessit theodosius xpianissimus
imperator et facit in hoc c. duo. quia primo describit
eius pietatem et prosperitatem. secundo uero. i. quid autem
fuit eius etc. eius humilitatem in prima parte facit duo quia
primo ostendit quomodo ex pia causa interfecit unum tirampnum
s. maximum secundo ibi alium tirampnum etc. ostendit quomodo
interfecit alium dicit autem in principio huius capituli quod theodosius
tantam fidem seruauit gratiano defuncto quod fecerat ei. s.

Valentinianum ad modum iuvenem nam et ipse
Gratianus frater paulum non fuit nisi .xxviij. qui mortu-
us est restitutum in imperium interfecto maximo et pupillum
id est valentinianum qui adhuc pupillus erat paterno
custodivit affectu quem tamen destitutum omni auxilio
sine omni negotio .i. difficultate poterat de medio
abstulisse si latum regnum caritati preposuisset.

Et infra deinde cum maximus etc. hic tangit
Augustinus modum quo maximum vicit et valentinianum
in imperium restituit de quo satis habetur in hystoria tripartita
li. ix. ad cuius intelectum est sciendum quod iste maximus
postquam interfecerat gratianum sicut narrat orosius fuit
potentior exercitu quam theodosius frater theodosij fiducia erat
in duo residebat autem maximus aquilegie post
partam victoriam de gratiano et quidam comes eius
andragatius nomine summam belli administrabat
theodosius non aglogia inprovisus adveniens dum
andragatius navalli expeditione in cautum
theodosium parat preveniri ipsum a maximo ab immanissimis
germanorum gentibus tributa sollicitore nominis
exigente sine resistentia clausit cepit et occidit
quo non cognito andragatius se de navi in undas
precipitavit et suffocatus est. valentinianus vero
recepta ytalia potitus est ipso quoque primo in
gallia transiens cum ibi tranquilla re publica in pace
ageret apud viennam dolo arbogastis comitis
sui ut fertur strangulatus est et ut crederet
voluntariam sibi ipsi mortem consciuisse laqueo
suspensus est. Tangit autem hic beatus Augustinus miraculum
de Johe heremita quem teodosius consuluit. nam
sicut dicitur in vitis patrum ei dominus evidentem spiritum
prophetie contulit ita ut non tamen civibus et provin-
cialibus suis futura prediceret sed etiam imperatori
theodosio quos belli exitus haberet et quibus modis
victoriam caperet de tirannis et quas irruptiones
gentium barbararum passurus esset sepe predixit.

Et infra alium tirannum eugenium etc. hic
sciendum quod sicut narrat paulus dyaconus li. xij
in hystoria romanorum arbogastus de quo iam dictum est
post mortem valentiniani eugenium tirannum
creavit ut scilicet eugenius nomine imperatoris haberet
et ipse met imperium ageret. erat autem cultor
sordidissimus ydolorum et vix consilio audacia

potentiaque nimius. Contraxit autem undique
invictas copias vel romanorum presidijs vel
auxilijs barbarorum. Agit eugenius atque arbogastes
cum instructa acie alpium transitus teneret theo-
dosius experiens cibi ac somni in oratione totam
noctem exegit licet sciret se a suis destitutum
sed ignoraret se ab hostibus circumspectum fiducia-
liter tamen arma sumens signo crucis signum prelio
dedit ac se in bellum etsi nemo sequeretur victor
futurus immisit. Nam consultus Johannes anachorita
eum victurum hostes spoponderat cum autem ad
congressionem ventum esset vehemens turbo a parte
theodosij in ora hostium irruit quo et spicula
ab eius parte missa potenter hostibus infigit spicula
hostium repulit. Nec mora parva suorum data
strage theodosio se hostilis exercitus prostravit eu-
genius captus et interfectus est arbogastes sua se
manu occidit. de ista victoria habetur satis in ec-
clesiastica ystoria. li. xj. et in hystoria tripartita
li. xj. adducit vero ad propositum paulus dyaconus
et similiter orosius versus claudiani poete quos
beatus Augustinus hic ponit. Iste claudianus poeta
gentilis duo volumina edidit quorum primum
vocat primus maius secundum minus sed isti
versus sunt in maiori ubi agit de theodosio et sunt versus
claudiani huiusmodi. obruit adversas acies revolutaque
tella vertit in actores et turbine repullit hastas.
omnium dillecte deo cui fundit ab anteis colus
armatas hyemes cui militat ether et coniurati
venerunt ad classica venti. sunt autem classica secundum
ysidorum. li. xviij. ethimologiarum cornua que in exercitu convocan-
di causa erant facta.

Et infra victor autem sicut
crediderat etc. contra ad simulacra Jovis de quibus
hic facit mentionem sciendum quod gentiles attribuebant
Jovi tonitrua et fulmina et ideo simulacrum
Jovis efficiebat cum quibusdam radijs fulminum
de quibus ovidius li. i. de fastis loquens
de tempore quo homines de divitijs non curabant
dicit sic Iuppiter angusta vix stabat totus in ede
Inque Jovis dextra fictile fulmen erat. Ista
ergo fulmina fecerat arbogastes aureaque cer-
nentes cursores imperatoris iocantes in eius presentia
quod eis in tanta leticia ex victoria concepta permissum

de arbogaste

de Joh[ann]e heremita

fuit dixit se libenter velle talibus fulminibus ful
minari quod audiens imperator dedit eis hilari
animo illud. fuerant autem illa simulacra Jovis
consecrata secundum ritus aliquos gentilium quod sperabat
quod simulacra taliter consecrata et in summis
alpibus posita theodosio qui tunc in alpibus erat
plurimum nocuissent forsitan sperabat argobastes
quod inciperent fulmina vel tempestates. an turbines miss[a]
mora militum teodosii cum precatum fuisset ad plura
et ideo deus eius immisit turbinem validum in ora
hostium suorum ¶ Et infra in inimicorum suorum etc.
¶ Et infra non sic cinna marius et silla etc.
de crudelitatibus istorum dictum fuit supra li. ij. c. xxij.
et li. iij. c. xxvij. qui nesciebant finem dare bello
etiam obtenta victoria. cum tamen finis belli debet
victoria esse secus fuit de theodosio de quo dicit paulus
diaconus quod cupiditatem triumphandi adeo detestatus est
ut bella non moverit sed invenerit ¶ Et infra
non quievit iustissimis et misericordissimis le
gibus hic sciendum quod sic narrat paulus diaconus
li. xj. valens qui fuit frater valentiniani imperatoris
egregij et ab ipso in communione imperij assumptus ab
eudoxio arriane heresis episcopo baptizatus in
sevissimam heresim lapsus est conatusque est
catholicos persequi sed fratris auctoritate compressus
est post mortem non fratris sui imperium orientis tenuit
et impietatem quam diudum meditatus fuerat operibus
explevit lege data ut monachi militarent
volentes per tribunos et milites fustibus interfici
iussit quorum in magna multitudo precipue in egypto
martirij palmam consequuta est ac per singulas
ubique provincias adversus catholicas ecclesias et
recte fidei populos diversa sunt illata
incommoda episcopos et sacerdotes multos misit in
exilium quos postmodum tamen cum exercitum duceret
contra gotos sera ductus penitentia revocari precepit
sed tamen a gothis cum domo ad quam vulneratus
deportatus fuerat crematus est iusto dei iudicio
ut dicit orosius quia cum gothi per legatos supplicit[er]
petivissent episcopos sibi mitti a quibus possent in fide
instrui valens imperator eis doctores arriani dogma-
tis misit. ¶ Et infra placuit gentium etc.
de hoc narrat hugo floriacensis quod theodosius

contra errores gentilium insurgens lege data precepit
ydolorum templa subito teneri quae constantinus non
prohibuerat prius sacrifficare ydolis et eorum
templa claudi fecit. sed iullianus apostata post-
modum impietatem renovavit propter quod theodo-
sius omnia eorum diruj precepit ¶ Et infra quod autem de penitentia theodosij
fuit eius etc. de hoc scribit hugo floriacensis
quod cum in thesalonica civitate fuisset orta seditio
quidam iudices lapidati sunt a populo et occisi de quo
theodosius indignatus plurimum iussit omnes puniri
indistincte non secernens nocentes ab innocentibus sed
cum in die pasce interesse vellet solempnius beatus ambrosius
sibi ingressum ecclesie interdixit et eum prius penitere com-
pullit nix cum post multos gemitus et lacrimas
ac mirabilia humilitatis indicia eius penitentiam
suscepisset theodosius non omnia que sibi beatus ambrosius
imponere volebat devote et humiliter suscipiens
et executioni demandans reconciliatus est ecclesie ¶ C. xxviij.

Preunde ia illis rendendum etc. In hoc
c° xxviij ostendit beatus augustinus quod finit librorum
precedentium materiam et quod ipsius in decis libri
intentio et quod sit eius intentio in primis ia libris quibus
sequentibus et facit duo in hoc c. quia primo ostendit se in
precedentibus libris sufficienter intentum suum probasse
secundo in quarta ibi tres pores etc. quorundam presumptiones et
loquacitatem irrationabilem loquentium reprehendit
de quibus dicit infra non oportet quod eis non expedit et
vult dicere quod non expedit eis edere ea que scrip-
serunt quia omnino caret ratione et ideo non oportet ea
edere. et addit facile est enim cuique rendendum
respondisse qui tacere noluit. i. facile est ut homo
garrulus videat cuique respondisse sed licet hoc videat
alicui non propter hoc eis qui diligenter consideraverit ea
que dicunt sic videbit. et ¶ Et infra sine
studio partium etc. i. sine hoc quod studeat deffe-
dere partes aliquas solum huius studium ad hoc quod
possit invenire ipsam veritatem ¶ Et infra quia
satirica. i. poetica. dicitur enim poete sathirici
secundum ysidorum li. viij. ethimologiarum a quibus vicia generaliter
carpuntur nec vetabat eis pessimum quemque scribere
¶ Et infra ait tullius de quodam qui peccandi
licentia felix appellabatur etc.

Incipit liber vi^{us} Cap^{m} primum.

Quinque superioribus libris etc. hic
incipit liber vi^{us} in quo de diis
seu contra deos incip^{t} nonus tractat^{us}
naz in precedentibus quinque libris
probauit beatus Aug^{us} quod cultus multorum deorum non
confert ad felici^{tatem} seu prosperi^{tatem} vite presentis in his
non quinque libris sequentibus ostend^{it} quod nec etiam
confert ad felici^{tatem} uite future. Ad in^{tellectum} non pres^{entis}
que beatus Aug^{us} obseruat in hijs quinque libris sciendum
est quod deorum duplex est diuisio. Vna quam pon^{it}
Aug^{us} sup^{ra} li. iiij^{o} c. xxvij cuius autor est
scenolla pontifex qui dicit quod est triplex genus deorum
a poetis traditum. Aliud a principibus ciuitatis
et alijs aphis. Et sic hic est triplex theologia
scilicet poetica ciuilis et phisica id est naturalis que diuisio
est Varronis ut patebit infra li. i^{o} c. v. primo
igitur beatus Aug^{us} disputat contra theologiam poeticam et
ciuilem secundo contra phisicam et hoc facit viij li. Secunda
diuisio seu distinctio deorum est quod aliqui sunt
dij plebei qui inferioris ordinis et aliqui sunt
dij proceres siue maiores uel selecti id est superiores
gradus dei selecti qui seorsum electi et patet ista
distinctio sup^{ra} li. iiij^{o} c. viij et ix primo igitur
disputat contra deos plebeos ex prin^{cipali} intentione
secundo contra deos selectos et hoc facit in vij li. liber
non iste vi^{us} continet xij capitula in quorum primo facit
duo quia primo premittit que quedam premium secundo
ibi ceterum quis fecerit dici etc. prosequitur suum
tractatum et principale intentum. In primo autem
facit duo nam primo recitat que acta sunt in precedentibus
ostendens quod tractatum sit sufficienter et forsitan plusquam
necesse fuerit contra eos qui posuerunt multi^{tudinem}
deorum colendam propter adipiscendam felici^{tatem} vite
presentis dum tamen illi contra quos disputatum est uelit
rationi acquiescere et non pertinaces esse. Vnde pertina-
cibus nullus posset tractatus sufficere. Secundo ibi
nec igitur quoniam deinceps etc. ostendit quod in futuro tractatu re-
stat agendum et a quo sit incipiendum et cum quibus finaliter
negotium sit agendum quia cum philosophis et non cum aliquibus sapientibus
de necessi^{tate} qui uidet et si non audeat prius improbare
errorem populi tamen aliquo modo ostendunt sibi errorem
populi displicere. ¶ Et infra. ceterum quis fecerit etc.

hic incipit tract^{atus} Aug^{us} prosequi principale intentum
suum in hoc libro intendens probare quod dei plebei non
possunt felici^{tatem} vite eterne conferre de quibus dijs multa
dicta sunt sup^{ra} li^{o}. iiij^{o}. in diuersis capitulis precipue
autem c^{o} viij. ca^{o} xj et c. xxj. et ca^{o} xxiij et
xxiiij^{o} et probat Aug^{us} in residuo huius capituli
intentum suum tripliciter primo per dicta Varronis qui
ut sup^{ra} patuit li. iiij. c. xxij. ita distribuit singulis
deorum istorum sua officia quod est derisibile petere ab
uno id quod pertinet ad officium alterius ut puta
petere a nimphis quod sunt dee aquarum vinum et ita
videtur hoc dicendum sicut verba repugnantia que proferunt
mimi in theatro ut prouocent homines ad risum Igitur
si non habent in potestate sua uitam id est mimi sicut mimi
est in potestate liberi id est bachi qui tamen non potest dare aquam
non est possibile quod possent dare uitam eternam Vnde dicit
Aug^{us} an non putasset ille etc. scilicet Varro qui de ciuitate
et patria commendat ut patet sequenti ca^{o}. ¶ Et infra
Nonne ille cachinnantes etc. dicit nimphas esse faciles
ad cachinnos et risum quia nimphe quas dicebant
gentiles deas in rei ueritate erant demones.
demones autem qui illudunt hominibus de nocte ducentes
eos per deuia cum ceciderit homo in fossatum uel aliud infortunium
sibi acciderit abscedunt cum cachinno et risu ¶ Et
infra adoctis solere etc. id est Varronem ut sup^{ra} li. iiij^{o}
c. xxij. patet et ponit hic sicut et prius cum de solo Varrone
loquitur plurale pro singulari uel ideo loquitur in plurali
quia erant aliqui qui Varronis doctrinam approbabant
ut patet in sequenti capitulo. ¶ Et infra quia ob res sicut
de regno etc. hic secundo probat Aug^{us} suum intentum per ea
que sup^{ra} li. iiij^{o}. probata sunt. probatum enim fuit ibi quod
dij falsi non possent dare regnum temporale alicui igitur
multo magis non possunt dare uitam eternam et feli-
citatem ¶ Et infra neque enim propterea etc. excludit
hic quandam responsionem que posset dari ad argumentum
iam factum uidelicet quod non decet maiestatem deorum dare
ita modicum bonum sicut est regnum temporale sed hoc exclu-
dit Aug^{us} quia licet verum sit quod apices et culmina regni
temporalis in rei ueritate sit contempnendi tamquam modica
tamen ipsi dij non sunt ita digni ut eorum potestati commit-
tantur. ¶ Et infra uel qui plebeiorum uel qui proceruum
deorum etc. de dijs plebeis multa dicta sunt sup^{ra} li.
iiij^{o}. c. viij. de dijs non proceribus et maioribus dicitur etiam c^{o} viiij

diuisio deorum

triplex theologia

dij selecti

¶ Et insuper huic accedit etc. hic est pars Aug. iterum sum et facit talem rationem in parte agit contra illos qui dicunt multos deos colendos propter bona futura post hanc vitam et non propter bona praesentis vite que sunt ex istas disputatum fuit in quinque libris precedentibus tu ponam quod ita sit sic dicunt illi quorum dicta reprobavimus in libris illis puta quod quilibet deus possit explere officium suum puta dea iuventas potest dare robur iuvenibus et fortuna barbata barbas

fortuna barbata — cuius est officium dare barbas adhuc propterea non posset ipsi dare vitam eternam nec aliquid boni in futura vita ubi nec est iuventus nec barba quanto magis eo quod officia sua explere non possunt ut patet de hijs qui colunt eos qui non magis reportant ea que dicunt in partem deorum quos colunt quam alij colentes / unde fortuna barbata non vestit barbis malas .i. maxillas cultorum suorum nec etiam qui non colunt eam propter hoc sunt glabri .i. sine barbas ¶ Ca. ij.

Quis marco varrone etc. in hoc capitulo ij. ostendit quante auctoritatis fuit varro apud alios scriptores romanos ut per hoc pateat quod non immerito adducit in testimonium contra romanos cultores deorum multorum etc. quod si destruatur sua sententia de dijs destruitur et cultus deorum romanorum fuit autem marcus varro

de marco varrone — secundum eusebium tempore augusti nam eius ipsius anno xv prope nonagenarius moritur ex quo patet quod ipse et tempore iulij cesaris vixit et tempore bellorum civilium et ita cicero qui fuit tempore iulij cesaris et varro contemporanei fuerunt sic autem Aug. in hoc capitulo ij. qui primo ostendit quante reputationis fuerit. secundo ibi iste inquam vir tantus ingenio etc. ostendit quod quantum conveniat potest ipse de dijs male sensit primum non ostendit tam per dicta tullij quam etiam per dicta terrentiani Tullius enim in libris achademicis valde commendat varronem sunt autem tres libri achademicorum tullij in quorum primo dicit Tullius id quod hic allegat Aug. ¶ Et infra et in eis libris etc. hic notat Aug. verbum tullij de varrone. Nam tullius tenuit doctrinam achademicorum philosophorum qui negant omnem certitudinem ut patet in libris achademicis et tamen loquens de varrone cum omni certitudine commendat eum dicens sine ulla dubitatione doctissimo et ita tullius contra sue opinionem proprie ¶ Et infra in primo ante libro etc. perstringit eorum quod hic dicit tullius patet que ex hijs dicit Aug. sequenti capitulo ubi magis librorum varronis commemorat ¶ Et infra terrentianus ellegantissimus etc. ¶ Et infra iste inquam vir tantus etc. hic ostendit Aug. quod quamvis potest varronem male sensisse de dijs romanorum hoc autem potest quamvis primo quod multa contemnenda et detestanda scribit et de eis, et non est verisimile quod tantus vir sentiret in corde suo talia per se esse vera, et quod dicit se timere ne dij pereant a memoriis hominum et civitatum et ideo libros scripsit de dijs ut eorum memoria remaneat aput bonos, et hoc dicit magis esse utile quam quod metellus et eneas fecerunt et tamen dicta legenda prodidit de dijs et non occultavit ea sicut alij qui sacra deorum occultaverunt sed ea publicavit que religioni vere et iudicio omnium sapientum valde repugnant, et ideo videtur quod aliter sensit quam scripserit sed quia non audebant contra consuetudinem, et legem civium clare exprimere id quod de dijs sensit ideo ea quibus movebatur ad male sentiendum de ipsis exposuit sub specie commendande religionis de metello non quo extulit vestam de incendio dictum fuit supra li. ij. c. xviij. de enea et quo tullit deos penates de incendio dictum fuit supra li. i. c. tertio ¶ C. iij.

Quadraginta et unum libros etc. in hoc capitulo iij. arguit beatus Aug. contra deorum cultum ex libris varronis et facit duo quod primo tradit nimium ordinem et distinctionem librorum varronis. secundo ibi in hac tota serie etc. ex ordine librorum eius et ex ordinis includit contra deos cultum ad primum dicit Aug. eum scripsisse xli. libros in quorum xxv. tractat de rebus humanis et eorum primus est quasi proemialis, reliquos vero xxiiij divisit sine quatuor partes in quatuor senarios librorum de rebus vero divinis scripsit ceteri xvj. libros quorum primus est prohemialis residuos vero xv. libros divisit sine quinque partes in quinque ternarios librorum ¶ Et infra tertius de xv. suus sacrorum iste xv. habebat speratem curam

sacrorum et perant sacris. Iste etiam sic dicit Agellius li. i. cum dij immortales consulendi sunt ad libros sibilinos tamquam ad oraculum adeunt. ¶ Et iste primo duo eorum de sacellis aliud de sacris edibus. Differentia fuit inter sacella et edes sacras. sic est modo inter capellas privatas que deserviunt usum domini uel familie et ecclesias comunes. Nam in sacellis colebantur dij penates quos quisque iuxta devotionem suam sibi elligit aut fecit. Edes non sacre erant loca publica. Loca non religiosa sunt ubi est sepultura et si non sit ibi sacellum uel templum ut patet Institutiones de rerum divisione §. religiosum. dicit autem trebatius li. ij. de religionibus quod sacellum est locus parvus deo sacratus cum ara. ¶ Et ista unum dedit consecrationes aliud sacra privata etc. Consecratio est actus sacerdotis quo aliquid consecratur sed sacra privata et publica dicebant ea que pertinebant ad cultum deorum privatorum et publicorum sicut libri ornamenta simulacrorum et ipsa simulacra et sacrifitia et huiusmodi. ¶ Et ista dei certi etc. deos certos vocat eos quorum offitium erat certum uel origo et institutio etiam certa tum erant de ordine plebeiorum deorum distinguit eos varro contra deos precipuos dij isti erant quorum offitium et institutio certa fuit sicut patet supra li. vij. c. xvij. ¶ Et ista in hac tota serie etc. hic incipit augustinus quod deos ostendens quod a nullo deorum quos distinguit varro potest homo vitam eternam sperare et hoc quia uel quidem isti sunt ab hominibus uel a demonibus. Nam bonis tamen sic ipsi greci et alij cultores deorum vocant aliquos demones bonos sed a demonibus mallis ut probat per dicta varronis. Est autem hic sciendum quod demon in greco secundum ysidorum li. viij. ethimologiarum dicitur quasi peritus et futurorum presciens. Unde apud eos demones distinguit in cachodemones et calodemones id est in malos demones et bonos cachos enim idem est quod malum. ¶ Capitulum iiij.

Differentia inter sacellas et edes sacras

demon

Varronis igitur consitentis etc. In hoc capitulo iiij. confirmat augustinus hoc quod supra dixerat gaudendo de mente varronis videlicet quod varro malle sensit de dijs romanorum quam quamvis non auderet palam exprimere dedit tamen hoc subtiliter intelligere et facit augustinus in hoc capitulo duo quia primo recitat dicta varronis et postmodum aut enim de omni natura etc. Ex illis dictis arguit ad propositum suum ubi etiam facit duo quia primo probat intentum suum ex dictis varronis que recitavit in hoc capitulo secundo. i. ita se libros etc. postea intentum ex dictis eiusdem recitatis supra li. iiij. capitulo xxxj. ¶ Capitulum v.

Deinde illud quale est etc. In hoc capitulo v. ostendit beatus augustinus quod varro distinguit triplicem theologiam id est rationem vel sermonem de dijs. nam theologia dicitur a theos quod est deus et logos quod est sermo uel ratio et facit in hoc capitulo duo nam primo ponit triplex genus theologie secundum varronem ostendens quomodo singula nominantur secundo ibi primum inquit quod dixi etc. prosequitur dicta varronis de singulis illis tribus generibus quantum ad primum sciendum quod ista divisio triplicis theologie quam ponit hic varro concordat cum ea quam posuit scevola pontiffex ut patet supra li. iiij. capitulo xxvij. et forte accepit eam a scevola quia scevola precessit cum tempore. ¶ Et ista primum igitur quod et cetera prosequitur autem dicta varronis quo ad singula genera predicta theologie et secundum quod sunt tria genera sed hoc dividitur ista pars in tria nam primo prosequitur dicta varronis de theologia poetica secundo de theologia phisica tertio de theologia civili secundo ibi videamus quid de alia etc. tertia ibi dixit aliquis hec duo etc. ¶ Quantum ad primum genus varro satis potuit et audebat dicere expresse id quod sensit. Unde id genus expresse improbat tamquam fictum opprobriosum. Nam poete fingunt deam unam natam ex capite Iovis scilicet minervam que est dea sapientie seu potius dea artium. ponunt et bachum qui est deus vini natum ex femore Iovis. Nam fingunt quod semelle concepit bachum ex Iove qua postmodum fulminata priusquam esset matura ad partum Iupiter alegavit eum femori suo donec compleret tempus maturitatis.

Versus ovidii

ut ovidius · li · de fastis expletum est patrio corpore matris opus · similiter et vulcanus fingit de femore iunonis esset natus sed ysid · li · viij · ethi^{or} · Item fingunt deum ex guttis sanguinis esse natum putta venerem · Nam ut patet in scintilario poetarum fingunt saturnum patris sui celij virilia abscidisse et in mare proiecisse · et ex ipsorum cruore spumaque maris venerem esse natam · Item fingunt deos furari ¶ Nam mercurius qui esse deus furum fingitur et ut patet · li · ij · methamorph · furatus est boves apollinis cum videret eos sine custodia et abscondit eos in silva inter montes · Item fingunt appollinem captum amore filie admeti regis servivisse · Admeto sub specie pastoris de quo facit ovidius mentionem · li · ij · methamorph · et aug^{us} · li · xviij · c · xiij · Item fingunt deos adulteria commisisse sic de Iove summo deorum dictum fuit supra · li · iiij^o · c · xxv · et de adulterio martis cum venere dictum fuit · supra · li · iiij · c · x ·

¶ Et infra videamus quid de altera etc. hic prosequitur dicta varronis de theologia philosophica · de qua varro recitat diversas oppiniones philosophorum · Nam multi philosophi quorum ymaginatio non transcendit corporalia credebant deos esse corpora quedam et ideo quales oppiniones habuerunt de corporibus tales habuerunt de dijs · Et notat hic Aug^{us} quod varro hanc theologiam non improbat tamquam fictam et falsam sed dicit quod diversitas oppinionum quas philosophi habent de dijs facilius auditur in scolis quam extra in populis quia tamen varro licet theologiam poeticam reprobaverit tamquam falsam tamen de illa non negavit quin libenter audiretur a populis ¶ Et infra o religiosas etc. hic arguit Aug^{us} contra romanos quia libenter poetas de dijs loquentes turpia audiunt quod non dicit O religiosas aures etc. yronice loquitur addit non loquendo proprie et assertive atque in his et romanas quia sicut · dicit huguitio nomen gentes alicuius quandoque ponitur pro condictione illius gentis et sic ponitur in proposito sic etiam posuit supra · li^o · ij · c · xiij ¶ Et infra dixerit aliquis etc.

hic prosequitur dicta varronis quo ad tertium genus theologie videlicet civilis et facit hic duo quia primo agit de distinctione generis huius ab alijs duobus · secundo ibi intueamur sane etc. ostendit quod pertineat ad theologiam civilem · circa primum facit duo ostendit · n · primo quo secundum varronem civilis a fabulosa distinguitur · secundo ex distinctione civilis a naturali · ostendit civilem esse mendacem et excludendam a populo ¶ Et infra quia sicut scripsit prius · sicut varro ut ipsemet fatetur et dictum fuit supra li · isto · c · iiij · ¶ Et infra intueamur sane etc. hic ostendit secundum varronem que pertineant ad civilem et facit hic primo quod dictum est · et deinde ibi adhuc quod sequitur etc. ostendit quod secundum dictum varronis theologia naturalis preponenda est civili ¶ Et infra ubi sunt ludi scenici ubi etc. ¶ de scenicis ludis quid sint dictum fuit supra li · i · c · xxxj · hos namque ludos ponit varro inter res divinas ut dictum fuit supra in hoc · li · c · iij de quibus ut ibi dicit varro tamquam de rebus divinis libros scripsit et vult beatus Aug^{us} habere ex verbis varronis habere quod theologia poetica · i · fabulosa sit a civitate instituta quia civitas ad hoc ordinavit theatrum ut in scena theologia fabulosa ageretur et per consequens non est distincta ista theologia totaliter a civili quod etiam patet quia varro posuit illos ludos inter res divinas · ¶ Cap^m · vj ·

O marce varro etc. In hoc · c · vj · reprehendit beatus Aug^{us} varronem et facit hic tria quia primo reprehendit eum de simulatione et fictione quia · sicut · aliter scripsit et fecit et aliter sensit · secundo ibi · dicis quippe etc. reprehendit dicta eius de theologie civilis et fabulose distinctione · tertio ibi sequestrata igitur etc. ostendit quod nec a dijs pertinentibus ad theologiam civilem nec etiam pertinentibus ad theologiam fabulosam sit vita eterna speranda · dicit autem Aug^{us} in principio huius capituli varronem hominem acutissimum et sine ulla dubitatione doctissimum alludens yronice verbis tullij positis · in hoc li · c · ij · de varrone ¶ Et infra virtutes civiles velis nolis ne offendas hoc idem · dicit Aug^{us} · quia varro libere enominat

i. exposuit intentionem suam de diis fabulosis dicens eos falsos et fictos, et idem oportet eum necessario concedere de diis ciuilibus. ¶ Et infra dicis quippe fabulosos etc. hic reprehendit distinctionem Varronis qua distinguit triplex genus theologie. penes triplex genus deorum. et ostendit Augustinus quod non est distinguendum sic quia dii pertinentes ad theologiam fabulosam et ciuilem sunt idem. et ideo potuit aliter rationabilius distinxisse. et patet intentio Augustini. ¶ Et infra sequestrata igitur etc. ostendit quod a diis scenicis et ciuilibus non sit vita eterna speranda. et primo probat intentum ex deorum uxorumque turpitudine. secundo ibi hoc cum dicimus etc. excludit quandam responsionem que dari posset in deffensionem falsorum deorum. In prima uero parte dicit se uelle sequestrare theologiam naturalem ad hoc tractatum quia de illa infra libro viij. quia per totum differendum erit ¶ Et infra hec cum dicimus etc. hic reprobat quandam responsionem et facit hic duo quia primo illam responsionem que dicit ea que fiunt a poetis turpiter fieri non autem que a sacerdotibus in cultu deorum reprobat per rationem secundo ibi denique cum memoratur etc. reprobat idem per dicta Varronis. Ubi sciendum quod Augustinus adducit contra responsionem duo dicta Varronis quorum primum dicit theologiam ciuilem distinctam a duabus aliis non sic omnino disparatam quod nichil commune haberet cum eis immo habet aliquid commune cum utraque et ab utraque scilicet tamen poetica quam naturali multa accipit magis tamen deberet accipere a theologia naturali et ita in hac auctoritate Varronis tangitur id quod deberet fieri. Aliud uero dictum Varronis exprimit id quod est factum, quia scilicet theologia ciuilis magis debebat conuenire cum naturali quam fabulosa seu poetica tamen quia poete causa delectationis scribebant et delectabilia ideo populus fuit magis inclinatus ad poetas quam ad philosophos. i. naturales hoc est naturalia scribentes. Et sic addit Augustinus in rei ueritate poete talia scripserunt qualia dii uolebant scribi et a populo exhiberi tam in moribus quam in theatro ut alias libro ij. sepe dictum fuit ¶ Capitulum vij.

Reuocatur igitur ad theologiam etc. In hoc

